

<b>Zeitschrift:</b>	Quellen und Forschungen zur Bündner Geschichte
<b>Herausgeber:</b>	Staatsarchiv Graubünden
<b>Band:</b>	11 (2003)
<b>Artikel:</b>	Formularbuch der bischöflichen Kurie von Chur aus dem 15. Jahrhundert
<b>Autor:</b>	Clavadetscher, Otto P.
<b>Kapitel:</b>	Edition
<b>DOI:</b>	<a href="https://doi.org/10.5169/seals-939149">https://doi.org/10.5169/seals-939149</a>

### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 20.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

Edition

Dicitur precepit a mandatis quae omnes et singulas debitos resipue deo  
amissa et auctoratu legatorum frumentorum ac aliorum quinque quibus  
cum aliis censantur Abhinc in 20° dñe dñe et Conventui moni-  
sticorum ordinis Et Unde Curia dyos decessit quod nobis sumus subditi  
et p. + dom. ut pacem dñe illi mutua nobis aut cum quis  
Vim novati sunt mox quod et nos protibz amos ut ipsi et consilii  
propter dñe aut eorum profato precio decem.⁹ dñe amissa legat  
hunc ut Iudei aliis singulis ut tenet satisfaciant int' nos et vre  
propter acto dieb in regule tu efftu Alioquin ipsos omnes et singulas  
probant quod cum mortali mortis quod nra protibz excepimus obdic  
ayandis quod ex parte pharao quod ex parte ex parte publica mutatis probat  
Et consilii quod hunc singulis quod cum peccato seu ex parte tenet  
Et videlicet ac aliis sicut sic huius et vitalis ayandis quod cum ipso  
absolucione p. mras fratres aguntur iudicium datum.

¶ ammiso ¶

Judeo esse rei item in dno ayandam nobis quae monerat ut re que  
nos protibz amos ut ipsi homines ut Vt de qda lib. in qd est scripta  
historia cuius a. p. dñm dñe Vt exesso int' vere moneretur et obdies  
satisfaciat in regule tu efftu ut salte meo tpc eorum nobis ut exeat  
et tam nonabilem si quod possit assignet quod ad p. mra tenet  
vnuq apm p. exponit p. ex parte pharao quia a suis suspicimus  
officiorum et sic suspensus publicus datum.

¶ alia ammiso ¶

Judeo re ayandam nobis quae monerat ut re que et nos protibz  
ammiso ut opere nos d. ut de duabus floribus curia prima nobis  
p. ex parte dñi debitis et dñi neglectis int' vere moneretur p. ex parte dieb sati-  
ficiat tu efftu a qd ipm. Et opere nos p. ex parte pharao quia a suis suspicimus  
officiorum et sic suspensus publicus datum.

¶ ammiso q. p. l. ¶

Judeo esse re p. l. item in dno ayandam re quae nobis de floribus  
flueris legalibus nobis dñi permisit int' p. ex parte Curia dicta adatu p. ex parte  
quoniam satisfaciatis tu efftu aliqnt re exponit p. ex parte pharao quia  
autem officiorum suspicimus p. ex parte p. ex parte datum.

¶ alia ammiso ¶

Judeo re p. l. re item in dno ayandam nobis quae ayoncat Vt.  
Alioquin subditus esse re omnes et singulas si et p. ex parte nobis novati sunt  
quod et nos finibus ut ipsi dñe vero d. depre. de sibi debitis et ibid.

## [1] Supplicatio de providendo ordinato non beneficiato

Reverendo in Christo patri ac domino domino Jo. dei gracia episcopo Curensi<sup>1</sup> vel eius vicario in spiritualibus generali Vlr. divina permissione abbas monasterii sancti Johannis<sup>2</sup> Constanciensis dyocesis ordinis sancti Benedicti reverenciam cum oracionibus ut seriosis. Quemadmodum pontificacio vestra sagacissima egenos et degentes ad sacros ordines iuxta sanctorum patrum edicta et sancciones non admittit, nisi sit eis provisum de beneficiis ecclesiasticis aut patrimonii competentibus, ne in scandalum ecclesiastici<sup>a)</sup> dignit(atis) discurrent vagabundi. Hinc est quod nos A. de tali loco clericum vestre dyocesis ydoneum aspeximus iuxta doctrinam apostoli benefacientes omnibus maxime autem domesticis fidei volentes sibi providere de expensis sacerdotali dignitati congruis in nostro monasterio, quoisque sibi per Christi fideles seu per nos providebitur de beneficio competenti, supplicantes dominacioni vestre ob dei amorem et nostrum desiderium esse moderatam ac bene contentam. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillo nostro abbaciali roboravimus. Datum etc.

<sup>a)</sup> *F. statt ecclesiastice.*

## [2] Dimissorium

Johannes<sup>1</sup> dei etc. discreto viro N. acollito Coloniensis<sup>2</sup> dyocesis conventuali professo monasterii in Churw(alde)<sup>3</sup> nostre dyocesis salutem in domino. Ut tibi de licencia tui prelati a quocumque archiepiscopo sive episcopo graciā et favorem sedis apostolice et sui officii execucionem optinere sacros ordines subdyaconatus dyaconatus et presbiteratus recipere liceat ipseque tibi conferre valeant divisim tamen et statutis a iure temporibus, dummodo aliud canonicum non obsistat, concedimus et presentibus indulgemus. Datum etc.

---

[1] <sup>1</sup> In der Zeit, aus der die Formularvorlagen stammen (1398–1449), sind für Chur drei Bischöfe namens Johannes bezeugt: Johannes II. Ministri, 1376–1388; Johannes III. Am-bundii, 1416–1418; Johannes IV. Naso, 1418–1440; vgl. HS I / 1, S. 485, 488, 489. In vielen Fällen bleibt offen, welcher Johannes gemeint ist. – Hier handelt es sich wegen des Abts Ulrich von St. Johann (Anm. 2) um Johannes III. oder Johannes IV. – <sup>2</sup> Ulrich Kriech, 1417–1442 Abt des Benediktinerklosters (Alt) St. Johann, Bez. Obertoggenburg SG, vgl. HS III / 1, S. 1414.

[2] <sup>1</sup> Bischof Johannes, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Erzbistum Köln. – <sup>3</sup> Prämonstratenserklöster Churwalden, Gem. u. Kr.

### [3] Formata

Nos Lud. dei et apostolice sedis gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> reverendi in Christo patris ac domini domini H.<sup>1</sup> eadem gracia episcopi Spyrensis<sup>2</sup> vicarius in pontificalibus generalis notum facimus universis, quod anno domini M<sup>o</sup> etc. sabbato 4<sup>or</sup> temporum, quo in ecclesia dei cantabatur officium veni et ostende in civitate Spirensi sacros clericorum ordines celebrantes T. scolarem in accolitum duximus ordinand(um) dantes sibi has litteras nostri sigilli munimine roboratas in testimonium super eo anno die et loco quibus supra.

### [4] Dimissoria

Conradus de Frowenberg<sup>1)</sup> canonicus ecclesie ac reverendi in Christo patris et domini domini Rabani dei gracia episcopi Spirensis<sup>2</sup> in spiritualibus vicarius generalis et ad subscripta specialiter deputatus in Christo dilecto A. dicto etc. accolito Spirensi eternam in domino salutem. Ut a quocumque archiepiscopo vel episcopo noto catholico sedis apostolice communio-  
nem et graciam ac execucionem sui officii habente sacros subdyaconatus dyaconatus et prespiteratus ordines statutis a iure temporibus licite recipere valeas, ipseque eosdem propter deum iuxta canonica instituta conferre valeat, si tamen post examinationem debitam sufficiens repertus fueris et aliud canonicum non obsistat, ipsi et tibi presentibus auctoritate ordinaria licenciam inpertimur. Datum etc.

f. 1<sup>v</sup>

### [5] Salvum conductum

Hart(mannus) dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> tibi Vlr. de etc. tuisque filiis familiaribus salvum per presentes concedimus conductum veniendi ad nostrum territorium atque in eodem manendi conversandi et quomodolibet rationabiliter negociandi atque abinde ad propria redeundi cum securitate personarum et rerum pro nobis nostrisque familiaribus et coadiutoribus universis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum etc.

---

[3] <sup>1</sup> Fingierter Name. – <sup>2</sup> Speyer.

[4] <sup>1</sup> Wohl Frauenberg, w. Worms; sicher nicht Frauenberg, Gem. Ruschein, Kr. Ilanz. – <sup>2</sup> Rabanus v. Helmstadt, 1396–1438 Bischof von Speyer.

[5] <sup>1</sup> Hartmann II. v. Werdenberg-Sargans, 1388–1416, vgl. HS I / 1, S. 487.

## [6] Formata

Berchtoldus dei et apostolice sedis gracia episcopus Senastopolensis<sup>a)1</sup> reverendi in Christo patris ac domini domini Hartmanni eadem gracia episcopi Curiensis<sup>2</sup> vicarius in pontificalibus generalis. Notum facimus universis, quod nos clericorum ordines celebrantes in ecclesia Curiensi saboto sancto pasce Petrum Spreng dicte Curiensis dyocesis in diaconum ordinavimus ad titulum sui beneficii harum testimoii litterarum. Datum et actum etc.

a) *F, statt Seuast-*.

## [7] Formata 1<sup>e</sup> tesure<sup>a)</sup>

Nos Berchtoldus<sup>1</sup> dei etc. reverendi in Christo patris ac domini etc. vicarius etc. Recognoscimus per presentes, quod sub anno domini M<sup>o</sup> etc. feria etc. in curia Curiensi consecravimus discretum scolarem N. etc. primam tensuram<sup>a)</sup> et in clericum ad capiend(um) sibi a domino ordinatum. Datum etc.

a) *F, statt tonsur-*.

## [8] Notificatio ordinum

Vicarius in spiritualibus reverendi in Christo patris etc. dilectis nobis decano camerario etc. ceterisque confratribus decanatus etc. salutem in domino. Mandamus et suplicamus vobis, ut in ecclesiis vestris publicetis, quod reverendus in Christo pater et dominus dominus N. episcopus Sicariensis<sup>1</sup> vicarius in pontificalibus dicti domini nostri episcopi Curiensis celebrabat ordines clericales in ecclesia maiori Curiensi sabbato die post festum exaltacionis sancte crucis proxime venturum, quodque intimetis, quicumque voluerit accedere ordines dicta die, illic se presentare volit. Datum etc.

---

[6] <sup>1</sup> Berthold, Bischof von Sewastopol (Chersonnes), 1406–1408 als Weihbischof von Chur bezeugt, vgl. HS I / 1, S. 508. – <sup>2</sup> Hartmann II. v. Werdenberg-Sargans, 1388–1416, vgl. HS I / 1, S. 487.

[7] <sup>1</sup> Berthold, Bischof von Sewastopol (Chersonnes), 1406–1408 als Weihbischof von Chur bezeugt, vgl. HS I / 1, S. 508.

[8] <sup>1</sup> Panthaleon de Zintis, episcopus Sichariensis (seit 1414), 1420–1433 als Weihbischof von Chur bezeugt, vgl. HS I / 1, S. 508.

### [9] Constitutio confessoris

Vicarius etc. reverendi etc. universis presencium inspectoribus volumus esse notum, quod nos religiosum virum confessorem in Valdune<sup>1</sup> ex potestate dicti domini nostri episcopi Curiensis tradita constituimus penitenciarum religiosarum ac honestarum monialium cluse ze der Alten statt<sup>2</sup> harum testimonio litterarum presentibus ab hinc ad unum annum proximum et continuum et non amplius valiturs. Datum etc.

### [10] Dimissoria examinati

Reverendis in Christo patribus ac dominis archiepiscopis et episcopis ultra montanis et citra

f. 2<sup>r</sup> montanis graciam sedis apostolice et sui officii executionem habentibus, ad quos per presentes pervenerit universis officiali ecclesie Curiensi debitam reverenciam in omnibus et honorem. Paternitatibus vestris discretum A. scolarem Curiensis dyocesis per me examinatum vel sic rectorem puerorum ecclesie Curiensis examinatum et sufficienter litterature inventum tenore presencium ex speciali commissione reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei apostolice eiusdem sedis gracia episcopi Curiensis<sup>1</sup> duxi transmittendum rogans una cum et pro ipso vestras potestates, quatinus cum quem ex vobis sacros ordines celebrare contigerit, eundem A. ad hoc a iure temporibus, dummodo tamen aliud canonicum non obsistat, ad titulum sui beneficii vel promotionem promovere dignemini cum effectu. Datum etc.

Ut sic ad titulum sue provisionis sufficienter per venerabilem in Christo patrem et dominum dominum Vlr. abbatem monasterii sancti Johannis im Turtal<sup>2</sup> ordinis sancti Benedicti Constanciensis dyocesis sibi facte promoveri dignemini cum effectu. Datum etc.

### [11] Citacio <simplex>

Iudex ecclesie Curiensis plebano t. ceterisque, ad quos presentes pervererint, salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus A. B. C. D. et citetis choram nobis in choro Curiensi precise ad feriam terciam proximam ante

---

[9] <sup>1</sup> Klarissenkloster Valduna, Gem. Rankweil, Vorarlberg. – <sup>2</sup> Altenstadt, Stadt Feldkirch, Vorarlberg.

[10] <sup>1</sup> Vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Ulrich Kriech, 1417–1442 Abt des Benediktinerklosters (Alt St. Johann, Bez. Obertoggenburg SG, vgl. HS III / 1, S. 1414.

festum etc. proximo affuturum hore prime, quer(enti) t. finaliter responsu-  
rum. Datum Curie anno t. t. kln. ind. etc.

[12] Alia citacio <penalis>

Iudex ecclesie Curiensis plebano ecclesie t. ceterisque, ad quos presentes  
pervenerint, salutem in domino. Licet nos pridem citaverimus et citari  
mandaverimus A. B. eiusque uxorem Latinam coram nobis in choro Curi-  
ensi precise et peremptorie ad feriam t. post festum t. proximam hore pri-  
me, quer(ens) t. dictique citati non comparuerunt nec pro se miserunt ter-  
mino in eodem, occasione cuius nos ipsos excommunicasse potuissemus,  
nos autem hac vice ipsis parcere volentes vobis mandamus, quatinus ipsos  
citetis, ut adhuc compareant coram nobis in choro Curiensi feria t. post  
festum t. proxima hore prime ad instantiam dicte t. finaliter respon-  
s(urum), alioquin ipsos, quos ex nunc prout ex tunc pro huiusmodi contu-  
macia excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis. Datum etc.

[13] Bona citacio testium

Iudex ecclesie Curiensis etc. plebano ceterisque, ad quos etc. salutem in  
domino. Mandamus vobis, quatinus A. H. citetis coram nobis in choro  
Curiensi precise ad feriam t. proxime venturam hore prime ad perhiben-  
dum super cuiusdam

obiectionis infamie artycolo D. et E. in quadam causa matrimoniali produc-  
to in testem opposite et obeiecte<sup>a)</sup> testimon(ium) veritati. Insuper citetis ad  
terminum prescriptum D. et E. ad videndum testes iurare in dicte abiec-  
cionis<sup>a)</sup> artyculo. Datum etc.

f. 2<sup>v</sup>

a) F.

[14] Citacio pro communione

Iudex ecclesie Curiensis etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino.  
Mandamus vobis, quatinus A. et B. eiusque uxorem legitimam citetis co-  
ram nobis in choro Curiensi precise ad feriam t. proximam post festum etc.  
proxime venturam hore prime, quer(entes) t. oppidanii in Velk(irch)<sup>1</sup> super  
eo, quod Elisabetha uxor(is) legitime etc. excommunigate interdicte et a  
communi hominum communicacione secluse contra prohibicionem no-  
stram dicuntur communicare finaliter respons(uros). Datum Curie etc.

---

[14] <sup>1</sup> Feldkirch, Vorarlberg.

### [15] Alia citacio

Iudex ecclesie etc. plebanis etc. salutem in domino. Conquesti sunt nobis procuratores reverendi in Christo patris ac domini nostri N. episcopi Curiensis, quod t. nec non quidam alii eorundem complices et consortes quasdam possessiones et bona sitas et sita intra limites parochialis ecclesie in Schams<sup>1</sup> etc. vel alibi, quas suo tempore, ut ius exiget, designabunt ad ecclesiam Curiensem pertinentes et pertinencia, teneant et possideant, ymo pocius detineant et occupent indebite et de facto. Quare vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, precipimus et mandamus, quatinus tales prescriptos eorum in hac parte participes, prout vobis nominati fuerint, citetis, quos et nos presentibus evocamus, ut ipsi coram nobis in choro ecclesie Curiensis precise et peremptorie compareant feria t. proxima hora prime quer(elis) dictorum procuratorum super premissis et aliis oportunis mediante iusticia responsuri. Datum etc.

### [16] Citacio alia forma <ad respondendum libello actor(is)>

Iudex ecclesie etc. plebanis ecclesiarum etc. civitatis etc. ceterisque salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus mox visis presentibus A. civem etc. choram nobis in choro Curiensi precise ad feriam t. proximam post festum etc. proxime preteritum hora prime ad recipiendum per eum coram nobis petitum libellum in causa inpetacionis mota coram nobis inter honorabiles in Christo dominos dominum decanum et capitulum ecclesie etc. Datum etc., ind. etc.

### [17] Citatio coarctans ad respondendum <libello>

Iudex ecclesie etc. plebano etc. salutem in domino. Quia prefixo per nos termino videlicet feria t. proxima hora prime t(ali)s ad respondendum libello sibi per A. porrecto, idem t(ali)s in eodem coram nobis non comparuit nec pro se misit termino in eodem, vobis mandamus, quatinus eundem N., quem pro huiusmodi prefixionis termini contumacia excommunicavimus, sic excommunicatum publice nuncietis. Datum Curie etc.

---

[15]<sup>1</sup> *Schams, Tal u. Kr.*

### [18] Alia citacio

Iudex ecclesie Curiensis etc. Mandamus vobis, quatinus A. citetis coram nobis in choro Curiensi precise ad feriam t. proximam hora prime in causa mota coram nobis inter dominum B. sacerdotem procuratorem et procuratorio nomine C. pridem rectoris scolarium Cur(iensis) actorem ex uno et ipsam A. ream ex parte altera secundum retroacta finaliter process(a). Datum etc.

f. 3<sup>r</sup>

### [19] Citacio communionis

Iudex etc. plebano etc. salutem etc. Mandamus etc. citetis A. per C. et D. coram nobis etc. precise etc. hora etc., quer(elis) C. etc. super eo, quod F. multiplicibus sententiarum aggravationibus innodato contra nostram prohibitionem et contemptum clavium ecclesie dicuntur communione participare finaliter respons(uos). Datum etc.

### [20] Citacio alia communionis

Iudex etc. decano et confratribus decanatus supra Siluam<sup>1</sup> ceterisque ad quos presentis etc. salutem etc. Mandamus vobis, quatinus citetis G. socium commensalem H. rectoris ecclesie etc., quem et nos presencium tenore citamus, ut ipse coram nobis in choro Curiensi personaliter compareat nullum pro se mittendo responsalem die non feriata et iuridica post octavas festi pentecostes proxima hora prime quer(elis) honorabilium in Christo prepositi et capituli ecclesie Curiensis finaliter responsurus super eo, quod ipse communicare dicitur H. rectori prescripto a nobis ad instantiam ipsorum pro eius contum(acia) excommunicato et pluribus aggravationibus innodato. Datum etc.

### [21] Citacio contra plebanum

Iudex ecclesie etc. H. rectori ecclesie etc. salutem in domino. Mandamus tibi, quatinus coram nobis in choro Curiensi precise ad presentem diem, que est feria 6<sup>ta</sup> proxima post festum etc. hora vesperarum compararas<sup>a)</sup> quer(elis) Jo. etc. sacerdotis finaliter responsurus. Datum etc.

a) F.

---

[20] <sup>1</sup> Dekanat Surselva.

[22] Citacio ad respondendum nonnullis articulis etc. Citacio etc.

Iudex ecclesie etc. plebanis ecclesiarum in Schyers<sup>1</sup>, in Junacz<sup>2</sup>, in Tumils<sup>3</sup> et specialiter G. capellano ecclesie etc. salutem in domino. Vobis et cui-libet vestrum precipimus in virtute obedientie, quatinus propria in persona feria tercia proxima post festum beatorum etc. hora primarum coram nobis in choro Curiensi compareatis ad respondendum nonnullis articulis notam<sup>a)</sup> irregularitatis et supra aliis per nos ipsis proponendis. Datum etc.

a) F.

[23] Citacio contra rectorem

Iudex ecclesie etc. V. etc. rectori ecclesie etc. salutem in domino. Tibi pre-cipimus et mandamus, quatinus hodierna die hora vesperorum coram nobis in choro Curiensi compareas quer(elis) Jo. etc. super quibusdam speciali-bus articulis finaliter responsurus. Datum etc.

[24] Citacio contra religiosum

f. 3<sup>v</sup> Iudex ecclesie Curiensis religioso viro fratri Cunrado priori conventus or-dinis Predicotorum civitatis Cur(ie)<sup>1</sup> suisque ibidem confratribus salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus fratrem W. dicti conventus citetis coram nobis in choro Curiensi precise ad feriam 3<sup>m</sup> proximam etc. fest(um) etc. hora etc. quer(elis) finaliter etc.

[25] Citacio testium

Iudex ecclesie Curiensis etc. salutem in domino. Mandamus vobis, quati-nus A. B. et C. citetis coram nobis in choro Curiensi precise ad feriam t. etc. hora prime in causa mota inter D. actorem ex una et E. reum ex altera ad perhibendum testimonium veritate et alias ad procedendum in dicta causa iusticia mediante. Datum etc.

[26] Suspensio

Iudex etc. plebano etc. Quia dominus Oswaldus plebanus etc. suscepit in se sponte se velle esse procuratorem domini Vlr. plebani etc. in causa, quam Petrus Bader movit eidem domino Vlr., et postea citatus comparuit et dic-

---

[22] <sup>1</sup> Schiers, Gem. u. Kr. – <sup>2</sup> Jenaz, Gem. u. Kr. – <sup>3</sup> Tumegl / Tomils, Kr. Domleschg.

[24] <sup>1</sup> Predigerkloster St. Nicolai in Chur.

tum dominum Vlr. defendere et pro eo respondere recusavit, vobis mandamus, quatinus ipsum, quem pro huiusmodi contumacia suspendimus etc.

[27] Citatio

Iudex ecclesie Curiensis religioso viro fratri Cunrado conventuali monasterii sancti Lucii<sup>1</sup> ordinis Premonstratensium. Mandamus tibi, quatinus feria 6<sup>ta</sup> proxima ante festum sancti Martini proximo affuturum hora prime coram nobis in choro Curiensi compareas quer(elis) Jo. dicti etc. finaliter responsurus. Datum etc.

[28] Absolutio

Officialis plebano t. salutem in domino. Licet excommunicaverimus Annam uxorem Gudencii, ut eidem cohabitaret, quia tamen dicta Anna comparens coram nobis obtulit se paratum esse ad obediendum et cohabitandum suo viro, si et in quantum caveret, quod nullam iniuriam ei inferret, et quia hoc nobis videbatur consonum iuri et rationi dictusque Gaudencius huiusmodi caucionem secundum nostram declarationem facere recusavit, prefatam Annam a sententia excommunicationis si quas incidit et ab instantia nostri iudicii absolvimus per presentes. Datum Curie etc.

[29] Citatio

Johannes<sup>1</sup> etc. vobis domino plebano in etc. ceterisque salutem in domino. Mandamus, quatinus Marg(aretam) citetis, quam et nos presentibus citamus ad instantiam Johannis etc., ut compareat coram nobis in castro nostro Curiensi feria 6.<sup>ta</sup> proxima post festum etc. hora primarum in causa matrimoniali, que vertebatur inter dictas partes coram domino Rigensi tunc Curiensi episcopo<sup>2</sup> ad videndum predictam causam resumi in eodem statu, quo remanserat coram predicto domino Rigensi et ad procedendum ad ulteriora, alioquin in quantum de iure poterimus, procedemus. Datum etc.

---

[27] <sup>1</sup> Prämonstratenkloster St. Luzi in Chur.

[29] <sup>1</sup> Johannes IV. Naso, 1418–1440 Bischof von Chur; vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Johannes Ambundii, 1416–1418 Bischof von Chur, 1418–1424 Erzbischof von Riga, vgl. HS I / 1, S. 488.

### [30] Preclusio non excipiendo

Iudex ecclesie Curiensis. In causa decimarum mota coram nobis inter dominum R. de Sigberg<sup>1</sup> canonicum etc. actorem ex una et Eberhardum etc. reum parte ex altera.

f. 4<sup>r</sup>

Quia in dicta causa prefiximus terminum scilicet feriam quintam proximam post festum sancti Hilarii proximo preteritum ad respondendum libello sibi per actorem porrecto, in quo termino idem Eberhardus non comparuit per se neque per alium, dicto Eberhardo precludimus viam excipiendi contra libellum, decernentes, quod debet de libello affirmative et negative litem contestando. Datum Curie feria quinta predicta etc.

### [31] Excommunicatio

Iudex etc. plebano etc. salutem etc. Quia dudum prefixerimus A. D. et B. uxori suo terminum ad respondendum libello ipsis per Jo. Gelter porrecto eodemque termino ad terminos lapsos pluries sub spe satisfaccionis continuato et adhuc minime satisfecerunt, mandamus vobis, quatinus ipsos, quos pro huiusmodi contumacia excommunicamus, sic excommunicatos publice denuncietis. Datum etc.

### [32] Contumacia

Iudex ecclesie Curiensis etc. Quia A. citatus coram nobis in choro Curiensi precise et peremptorie feria t. proxima etc. hora prime ad instantiam t. non comparuit nec pro se misit, vobis mandamus, quatinus ipsum t., quem pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

### [33] Alia contumacia

Iudex etc. plebano etc. salutem etc. Licet A. et B. citati coram nobis in choro Curiensi precise ad feriam etc. proxime preteritam hora prime ad instantiam Clare etc., quia tamen nostre declaracioni parere recusaverunt, mandamus vobis, quatinus ipsos, quos pro huiusmodi contumacia etc.

---

[30]<sup>1</sup> Rudolf v. Siegberg (Gem. Göfis, Vorarlberg), 1412 – † 1451 Domherr von Chur.

### [34] Excommunicatio

Iudex ecclesie Curiensis plebano t. etc. ceterisque etc. salutem in domino. Quia A. et B. citati coram nobis in choro Curiensi precise ad t. diem etc. hora prime ad instantiam t. predictus A. non comparuit nec pro se misit, prefatus vero B. licet comparuit et sub pena excommunicationis nobis promiserit, dicto querulanti satisfacere de petitis infra terminum dudum elapsum, quia eidem t. ut precepimus minime satisfecit, mandamus vobis, quatinus predictos A. et B., quos pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatos vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

### [35] Alia contumacia contra plebanum

Iudex etc. plebano etc. salutem in domino. Quia tu plebane citatus coram nobis in choro etc. precise ad feriam t. proximam etc. proxime preteritum hora prime ad instantiam t. non comparuisti nec per te misisti, idcirco te suspendimus a tuis officiis divinorum, mandantes tibi, quatinus de celebrazione divinorum abstineas, usque dicto t. fiat iusticie complementum. Datum die et hora etc.

### [36] Alia contumacia

Iudex ecclesie etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Quoniam actor et reus iure testante ad inparia iudicari non debent, licet quoque providus et discretus vir A. agens in causa, quam coram nobis movebat ac deinceps movere intendit B. judeo dudum se defendente lite contestata prestiterit calumpnie iuramento, idcirco vobis mandamus, quatinus mox visis presentibus predictum B. judeum citetis coram nobis in choro Curiensi ad instantiam dicti A., ut proxima feria t. post festum etc. hora primarum in dicta causa eciam prestet coram nobis calumpnie iuramentum sub pena iure expressata. Datum etc. ind. etc.

f. 4<sup>v</sup>

### [37] Excommunicatio in alia forma

Iudex ecclesie Curiensis plebanis ecclesiarum in tali loco etc. ceterisque, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. Licet nobis dudum in causa reconvencionis mota coram nobis inter Johannem Ganof rectorem ecclesie in Vacz superiori<sup>1</sup> actorem ex una et Vlr. Bregenczer plebanum

---

[37] <sup>1</sup> Johannes Canofa, 1417 als Kirchherr von Vaz / Obervaz, Kr. Alvaschein, bezeugt (Necr. S. 25).

ecclesie etc. reum parte ex altera post deliberatum eciam iuxta peritorum consilium domini V. in XIII<sup>cim</sup> florenos cum dimidio nostram per sentenciam diffinitivam dicto actori solvendos condemnaverimus, ut ipse intra nostri processus proximos octo dies amoncionis insinuacione dicto actori dempsatis XIII<sup>cim</sup> cum dimidio florenis sub pena suspensionis iam late sentencie a suis officiis divinorum satisfaceret cum effectu, de quibus ut precepimus eidem eciam iam multis diebus elapsis minime satisfecit nostre amoncionis mandatum temere vilipendo. Quapropter vobis et cuilibet vestrum precipimus et mandamus, ut dictum Vlr., quem pro huiusmodi contumacia excommunicamus, sic excommunicatum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

#### [38] Alia forma excommunicationis

Iudex ecclesie Curiensis plebano ecclesie etc. ceterisque salutem in domino. Quia A. et B. citati coram nobis etc. precise ad feriam etc. hora prime etc. ad instantiam C. etc. scolaris Curiensis comparentes coram nobis promiserunt dicto C. usque ad dedicacionem ecclesie Curiensis pro nunc transactam satisfacere de petitis cum effectu eidem C. minime satisfecerunt, ut precepimus, mandamus vobis, quatinus ipsos A. et B., quos pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis. Datum Curie die predicta, ind. etc. R(eddite) l(itte)r(as).

#### [39] Alia contumacia

Iudex ecclesie etc. plebano etc. ceterisque etc. Quia A. citatus coram nobis ut supra hor(a) ut supra ad instantiam B. de tali loco eius uxoris legitime non comparuit nec sufficienter pro se misit, vobis mandamus, quatinus eundem A., quem pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatum vestris in cancellis publice nuncietis, mandantes dicto A. pri-dem sub forma iuris per nos absoluto, ut decetero aut pro se aut per suffi-cientem procuratorem coram nobis compareat iure paritus. Datum etc.

#### [40] Contumacia contra plebanum

Iudex ecclesie Curiensis plebano ceterisque salutem in domino. Quia A. rector parochialis ecclesie in t. loco citatus coram nobis in choro Curiensi ad feriam ter(ciam) proxime preteritum hora prime ad instantiam t. non comparuit nec pro se misit, vobis mandamus, quatinus ipsum, quem pro

huiusmodi contumacia suspendimus a suis officiis divinorum, sic suspensum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

[41] Prima aggravacio contra familiam

f. 5<sup>r</sup>

Iudex ecclesie Curiensis etc. Quia A. sentencias excommunicationis in se latas a nobis contumacia ad instantiam t. temere vilipendit, vobis mandamus, quatinus uxorem familiam colonos et inquilinos ipsius, quos propter hoc ecclesiastico subicimus interdicto huic denuncietis publicationi subiacere etc. eum et eos pro sic excommunicatis et interdictis tenentes et vitantes ac vitari facientes, quousque vobis de eius absolucione sibi facta per nostras literas constiterit evidenter. Datum etc.

[42] Prima aggravacio contra plebanum

Iudex etc. ceterisque, ad quos presentes etc. salutem in domino. Quia A. sacerdos rector parochialis ecclesie etc. sentencias suspensionis a suis officiis divinorum latas a nobis per formam nostre amonicionis pro re in iuris confessat(a) ad instantiam t. temere vilipendit, mandamus vobis, quatinus familiam cohabitatores domesticos colonos et inquilinos ipsius, quos propter hoc ecclesiastico subicimus interdicto, huic denuncietis publice subiacere. Datum etc.

[43] Prefixio termini ad respondendum

Iudex etc. Comparuit coram nobis Mattli in Arosen<sup>1</sup> ex parte Martini Huser citati ad feriam 6<sup>am</sup> ante dominicam misericordias domini ad instantiam Ny. Diepr(echt)<sup>2</sup> qui Mattli volens declinare forum, dictus Diepr(echt) replicavit, quod intervenerit pactum, quod post eum conveniret coram quo maluerit iudice spirituali vel seculari. Et quia de hoc dictus Mattli dicit sibi non constare, prefiximus terminum scilicet feriam 3<sup>am</sup> proximam venturam dicto Martino Huser ad respondendum super premissis. Datum Curie, die predicta etc.

---

[43] <sup>1</sup> Arosa, Kr. Schanfigg. – <sup>2</sup> Nikolaus Dieprecht, 1427/28 Werkmeister von Chur, vgl. JECKLIN, Organisation, S. 35.

#### [44] Prefixio termini

Iudex etc. Citatus est coram nobis Weczel<sup>1</sup> de Inlancz<sup>2</sup> ad feriam 4<sup>am</sup> post dominicam misericordia domini ad instantiam V. de Tux<sup>3</sup>, qui excepit declinatorum fori, petens se remitti ad suum iudicem secularem in Inlancz, ubi degit, dictus autem Vlr. replicavit, quod Johannes Weczel sibi promiserit, quando requiret dictum Johannem super iusticia conservande, quod vellet sibi parere iuri in civitate Curiensi, sed quia de hoc Henslinus Müller, qui comparuit pro dicto Weczel, dixit sibi non constare, prefiximus terminum scilicet feriam 4<sup>am</sup> proximam ante dominicam cantate proxime venturam ad respondendum super premissis. Datum Curie die predicta ind. etc.

#### [45] Commissio in quadam causa matrimoniali

Iudex etc. plebanis ecclesiarum etc. ceterisque etc. salutem in domino et diligenciam<sup>a)</sup> in commissis. Cum in causa matrimoniali, que verte<sup>b)</sup> speratur super affinitate inter Cünr. Bold et Marg. Brennsch sit nobis testimonium notorium, videlicet super eo an inter B. Schwäbin et dictam Marg. si<sup>c)</sup> ulla consanguinitas, mandamus et committimus vobis, quod eorum communes consangwineos seniores per iuramentum examinetis, qui ipsis quod constat, et sicut inveneritis, id nobis rescribatis sub sigillis vestris, eciam vocetis ad hoc Rüdi(nu)m Wek, et videatis, quod gradus consanguinitatis specificate distingwatis incipiendo a primo etc. Datum etc.

a) *F, statt diligenciam.* – b) *F, statt verti.* – c) *F, statt sit.*

#### [46] Alia commissio donacionis

Iudex etc. provido viro domino plebano in Altstetten<sup>1</sup> salutem ut supra. In causa, quam Dorot. filia naturalis quondam Jo. Wichsler movet Anne Wichslerin filie legitime dicti Jo. Wichsler super certa donacione, quam fecit dictus quondam Johannes Wichsler prefate Dorothee, testimonium religiosi viri fratris Cünr. German<sup>2</sup> sit nobis necessarium, suplicamus vobis, ut dictum fratrem Cünr. velitis per prestatum iuramentum

---

[44]<sup>1</sup> Weczel der Kramer, 1420 bezeugt, BAC, Jahrzeitbuch Ilanz. – <sup>2</sup> Ilanz, Stadt u. Kr. – <sup>3</sup> v. Tux, Churer Bürger, eher Ulrich I. (1392 – † vor 10. Nov. 1438), als Ulrich II. (1439–1478).

[46]<sup>1</sup> Altstätten, Bez. Oberrheintal SG. – <sup>2</sup> Cünradus German subprior des Predigerklosters St. Nicolai in Chur, am 10. Juni 1423 bezeugt (Or. BAC).

examinare, quid sibi de dicta donacione constet, et examinetis eum secundum interrogatoria presentibus interclusa, et quidquid dixerit, nobis in scriptis reintimetis sub sigillo vestro, in hoc nobis gratam complacentiam ostendetis. Datum Curie sub etc.

[47] Item ailia<sup>a)</sup> commissio

Iudex etc. provido viro domino Barth. plebano in Altstetten<sup>1</sup> salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis nos in certa causa, quam religiosi fratres .. prior et conventus domus Predicatorum civitatis Curie<sup>2</sup> movent relicte quondam Hainr. Gerster<sup>3</sup> et liberis suis, testimonium religiosi fratris Cûnr. German<sup>4</sup> nobis est necessarium, suplicamus prudentie vestre presentibus attente, quatinus eundem fratrem Cûnr. dignemini per iuramentum examinare iuxta modum recipiendorum testium super articulis, quos vobis presentibus colligatos transmittimus, nobisque dicta ipsius fideliter clausa sub sigillo vestro remittatis. Datum etc.

a) *F.*

[48] Commissio simplex

Iudex etc. providis viris etc. devenit ad nos, quod Vlr. impedit Marg. etc. super matrimonio. Committimus et mandamus vobis, quatinus dictas partes vocetis coram vobis ipsasque per iuramentum examinetis, qualiter inficem<sup>a)</sup> sint locuti et quid simul peregerint verbo et facto, nobisque dicta eorum clausa sub sigillis vestris remittatis. etc.

a) *F, wohl statt invicem.*

[49] 2<sup>a</sup> agravacio cibo potu

Iudex ecclesie etc. plebanis ecclesiarum etc. ceterisque salutem in domino. Quia A. sentencias excommunicacionis in se ac interdicti in uxorem familiam colonos et inquilinos etc. latas a nobis pro contumacia ad instantiam t. temere vilipendit, vobis mandamus, quatinus omnibus vestris subditis inhibeatis, ne quis eidem excommunicato communicet cibo potu taberna furno foro molendino empacione vendicione aut quavis alia communione a

[47] <sup>1</sup> Altstätten, Bez. Oberrheintal SG. – <sup>2</sup> Predigerkloster St. Nicolai in Chur. – <sup>3</sup> Heinrich (Heinz) v. Satteins (Vorarlberg), gen. Gerster, Churer Bürger. Unsicher, ob es sich um den älteren (1412 als verstorben erwähnt) oder den jüngeren (1418–1419 Kanzler in Chur, 1442 als verstorben erwähnt) handelt. – <sup>4</sup> Vgl. [46], Anm. 2.

lege vel canone non concessa, ipsum pro excommunicato et sic aggravato etc.

[50] Commissio in quadam causa matrimoniali

Iudex etc. providis viris A. et B. plebanis ecclesiarum etc. salutem etc. ut supra. Deduxit ad nos Adelh. Yegen latrix presencium, quod pridem habuit maritum nomine Cüntz Burgeser, cuius pater Jacobus Burgeser et pater mariti, quod<sup>a)</sup> nunc habet, qui vocabatur der alt Gudentz, fuerint consobrini, unde committimus vobis, quod partes et testes, qui nobis nominati fuerunt, vocetis coram vobis ipsosque examinetis per iuramentum, quid eis constet de dicta consanguinitate incipiendo a primo gradu, et sic eciam posteriores gradus distinctim ac nominatim specificando interrogantes et eos, si dicant de certa sciencia vel de auditu, et si dicunt de auditu, queratis, a quibus audiverint, si ab uno vel a pluribus, et si dicunt a pluribus, quomodo nominati fuerunt, et si iidem testes credant per iuramentum esse verum, quod dicunt se audivisse, nobisque dicta parcum et testium clausa remittatis, et si testes odio vel favore vel timore se subtraxerint, ipsos ad perhibendum testimonium per censuram ecclesiasticam compellatis. Datum etc.

a) *F, statt quem.*

[51] Alia commissio in quadam<sup>a)</sup> matrimoniali

Iudex ecclesie Curiensis honorabilibus viris domino B. decano vallis etc. et domino C. rectori

f. 6<sup>r</sup>

etc. salutem in domino et diligenciam in commissis. Quia in causa matrimoniali mota coram nobis inter Judo(cu)m Diem<sup>1</sup> actorem ex una et Evam filiam etc. ream parte ex altera ac Judo(cu)m Butscherin parte ex tercia testimonium certarum parrochianarum<sup>b)</sup> sit nobis necessarium, super eo scilicet, in qua etate fuerunt constituti prescripti Eua et Ju(do)cus Butscherin, quando per dictum Goldenberg fuerunt matrimoniali(ter) copulati, mandamus et committimus vobis, ut omnis persona utriusque sexus, que vobis a partibus nominati fuierint, super huiusmodi etate per banda examinetis per iuramentum nobisque eorum dicta clausa sub sigillis vestris aut alterius vestrum remittatis, si qui vero testium odium aut favore vel timore

---

[51]<sup>1</sup> Jos Diem, 1432 Ammann des Kapitelgerichts Schiers (*Urk.sammlung StaatsA GR I, Nr. 74, S. 28*), 1437 einer der Covigen von Schiers (*Or. GemA Schiers, 2*).

se subtraxerint, eosdem ad perhibendum testimonium per censuram ecclesiasticam compellatis. Datum Curie etc.

Item quocumque tempore venerit ad vos dictus Butscherin nemine expectato, examinetis eundem, que ipse deponat de contractu inter ipsum et prenominatam Euam et cuius etatis fuerit, quando contraxit cum eadem Eua. Datum ut supra.

a) *Hier fehlt* causa. – b) *F, statt* certorum parrochianorum.

### [52] Recessus

Iudex ecclesie Curiensis. In causa mota coram nobis inter spectabilem et generosum dominum comitem Johannem de Sacco<sup>1</sup> actorem ex una et nobilem virum domicellum Joh. de Saxs<sup>2</sup> habitantem in castro Frischenberg reum parte ex altera pro parte dicti domini comitis de Saco proposita fuit impeticio contra dictum domicellum Joh. de Saxs, ex parte vero domicelli fuit excepta declinatoria fori, pro parte vero comitis replicatum fuit, quod pridem requisiverit iusticiam contra dictum domicellum coram iudice suo seculari, et quia de hoc nobis non constabat, terminum scilicet feriam 2<sup>am</sup> proximam post octavas pasche proxime venturas dicto domino comiti ad procurandum nobis litteras a dicto iudice seculari, quod coram eo in dicta causa attemptatum existat, prefigimus per presentes aliasque ad procedendum in dicta causa iusticia mediante. Datum Curie etc.

### [53] Recessus

Iudex ecclesie Curiensis. Quia in causa, quam spectabilis dominus comes de Sacco<sup>1</sup> movitt coram nobis nobili viro domicello Jo. de Sax<sup>2</sup> habitanti etc., dicto domino C. Jo. prefiximus terminum super feriam 2<sup>am</sup> post octavas pasche proxime preteritas ad exhibendum coram nobis litteras, quibus modis et forma dicto domino C. de Sacco fuerit pridem iusticia denegata coram seculari iudice dicti domicelli Jo. de Sax, dictus quoque dominus comes Joh. in prescripto termino non comparuit per se neque per ydoneum responsalem neque aliquid pro parte ipsius exhibitum aut productum fuit,

---

[52]<sup>1</sup> *Johann v. Sax (Hohensax, Gem. Sennwald, Bez. Werdenberg SG), 1401 – † vor 16. Jan. 1435.* – <sup>2</sup> *Johann v. Sax zu Frischenberg, Gem. Sennwald, Bez. Werdenberg SG, 1442 bezeugt (LandesA Glarus, Werdenberger Kiste 3).*

[53]<sup>1</sup> *Johann v. Sax (Hohensax, Gem. Sennwald, Bez. Werdenberg SG), 1401 – † vor 16. Jan. 1435.* – <sup>2</sup> *Johann v. Sax zu Frischenberg, Gem. Sennwald, Bez. Werdenberg SG, 1442 bezeugt (LandesA Glarus, Werdenberger Kiste 3).*

prenominatum domicellum Joh. de Sax quoad hanc diem ab instancia nostri iudicii absolvimus per presentes, condempnantes propterea predictum comitem Joh. in expensis, quas dictus domicellus Johannes ex parte observationis eiusdem termini sustinuit. Datum Curie etc.

[54]

Iudex etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Quia a virtute ammonitionis nostre propter non satisfaccionem ad instantiam B. civis Curiensis excommunicatus nondum sibi satisfecit, mandamus vobis, quatinus ipsum, quem propter hoc excommunicatum declaramus, excommunicatum denuncietis. Datum Curie etc.

[55]

Iudex ecclesie etc. Quia A. sentencias excommunicacionis in se ac interdicti in uxorem familiam etc. necnon inhibicionis communionis generalis cibi potus furni fori etc. latas

f. 6<sup>v</sup> a nobis pro contumacia ad instantiam t. temere vilipendit, vobis mandamus, quatinus omnes predictas sentencias accensis pariter et extinctis candelis pulsisque campanis singulis diebus dominicis et festivis inter missarum sollempnia et in confluencia plebis publicetis et observetis ac faciatis ab omnibus vestris subtitis<sup>a)</sup> firmiter observari, prout canonis et nostram effugere volueritis ulcionem, vestris in cancellis solemniter denuncietis. Datum etc.

a) *F, statt subditis.*

[56] 2<sup>a</sup> aggravacio contra plebanum

Iudex etc. prebendariis altare sancte Crucis etc. ceterisque salutem in domino. Licet dominus Ju(do)cus Bilgeri<sup>1</sup> fertur esse irregularis pro eo, quod dicitur divina officia celebrasse in Says<sup>2</sup> excommunicacionis seu suspensionis a suis officiis divinorum latis a nobis ad instanciam N. scriptoris, ipsum tamen a dictis sentenciis excommunicacionis in forma iuris absolvimus indulgentes sibi, ut possit intrare ecclesias et ibidem cum clericis cantare et orare, si tamen quod non celebret in officio suo ut prius. Quia de irregularitate nos non impeditus, cum de hoc nulla nobis sit auctoritas,

---

[56]<sup>1</sup> Priester Jos Bilgeri von Chur, bezeugt 27. Aug. 1418 (Or. BAC) u. 1. Mai 1425 (Urk.sammlung StaatsA GR I, Nr. 62, S. 24). – <sup>2</sup> Says, Kr. V Dörfer.

mandamus ergo vobis, ut ipsum sic absolutum publice nuncietis. Datum Curie etc. nonas aprilis.

[57]

Officialis etc. Constituti coram nobis in iudicio discreti viri Eberhardus etc. parte ex una et Petrus Rasoris etc. parte ex altera dictus Eberhardus propo-  
suit querulose, licet fuerit vir bone fame et conversacionis honeste tamen  
predictus Petrus infamaverit eum inpingendo ei, quod foret apostata, quam  
iniuriam ipse dominus E. revocans ad animum petit dictum dominum  
Petrum compelli ad restituendum sibi famam et honorem coram personis in  
locis, ubi eum diffamavit etc., predicto vero Petro respondentे se ignorare,  
quod umquam ipsum dominum E. asseruerit appostatam, sy autem et in  
quantum sic dixerit, hoc non fecerit animo iniuriandi sed ebriose, ymmo  
credit et aliud sibi non constat, nec quod sit vir bone fame et conversacio-  
nis honeste confideus, quod in nullo sit prefato E. obnixius, et in casu,  
quod sibi foret iniuriatus, ut hanc iniuriam sibi in bona amicicia remittat  
etc. Quibusquidem coram nobis hincinde propositis et allegatis predictus  
dominus Eberh. de consilio honestorum virorum renunciavit accioni iniuri-  
arum contra prefatum dominum Petrum harum testimonio litterarum.  
Datum etc.

[58] Mandatum

Dauid Hemming(er) commissarius archidiaconatus vallis Venuste<sup>1</sup> univer-  
sis et singulis parochialium ecclesiarum rectoribus ac aliorum per ipsum  
archidiaconatum ubilibet constitutis, ad quos presentes pervenerint et qui  
presentibus fueritis requisiti seu fuerit aquisitus, salutem in domino. Quia  
dominus Hainr. plebanus in Mals<sup>2</sup> dudum per meas patentes litteras moni-  
tus et requisitus, ut penam 20 markarum, quam incidit ob non paricionem  
sentencie arbitramenti inter ipsum et Laurencium civem Merani<sup>3</sup> occasione  
unius cyphi argentei late reverendo in Christo patri et domino domino Jo.  
episcopo Curiensi<sup>4</sup> et venerabili viro domino Vdalrico archidiacono<sup>5</sup> dicte  
vallis dictatamat<sup>a)</sup> et persolvendam infra 9 dierum terminum persolveret

---

[58]<sup>1</sup> Vinschgau, ital. Prov. Bozen. – <sup>2</sup> Heinrich Herelwinger, Augsburger Priester, wird am 3. Dez. 1415 Pfarrer von Mals, Vinschgau (BAC), † vor 29. Jan. 1424 (Rep. Germ. IV, Sp. 530). – <sup>3</sup> Meran, ital. Prov. Bozen. – <sup>4</sup> Bischof Johannes III. Ambundii (1416–1418) oder IV. Naso (1418–1440), vgl. HS I / 1, S. 488f. – <sup>5</sup> Ulrich Putsch, 1416–1425 Erzpriester im Vinschgau, vgl. HS I / 1, S. 522.

f. 7<sup>r</sup>

vel proxime die iuridica inmediate sequente coram me Merani legitime citatus compareret, quare adesset, compelli non deberet causam rationalem allegaturus, penam huiusmodi non persolvit nec tamen, quare ad hoc compelli non deberet, allegavit. Quare ipsius exigente contumacia et rebellione dictum dominum H. presentibus adhuc amonendum decrevi et armoneo<sup>a)</sup>, ut infra 6 diebus spacium ab insinuacione presencium sibi facta dictam penam dictis domino episcopo et domino archidiacono persolvat aut amicabiliter cum eisdem componat, alioquin dicto termino 6 dierum elapso ipsum extunc prout exnunc et exnunc prout extunc excommunico, similiter in hiis scriptis mandamus vobis dominis supradictis, quatinus ipsum dominum Hainr. dicto elapso termino singulis diebus dominicis et festivis infra missarum solempnia, dum maior ibidem affuerit multitudo, sic excommunicatum publice nuncietis et denunciari faciatis, donec absolucionis beneficium meruit obtinere et aliud a me vel superiori meo habueritis in mandantis, de execucione quoque presencium me legitime certifficare curetis. Datum Merani sub sigillo officii die etc.

a) F.

[59]

Johannes<sup>1</sup> etc. vobis dominis salutem in domino. Quia alias Jo. Schucz coram nobis in iudicio comparuit ad respondendum querelis Rûd. Juf(er), ubi dictus Johannes peciit, ut compelleremus primo, ut dictus Rûdolfus prestaret sibi caucionem iudicio sisti, similiter dictus R. peciit, ut compelleremus Jo. Schucz ad dandum caucionem de iudicato solvendo. Et sic nos iudex mandavimus utique parti ad comparendum coram nobis de mane et ad prestandum dictam caucionem sub pena excommunicacionis caucionem sufficientem sub pena C markarum Veronensium<sup>2</sup>. Ipse autem Jo. Schucz ibidem dictam caucionem prestare non curavit. Ideo ipsum contumacem representavimus ipsumque in hiis scriptis racione dicte contumacie excommunicamus. Quare vobis plebanis supradictis mandamus sub pena suspensionis etc., quatinus ipsum Jo. sic per nos excommunicatum singulis diebus dominicis et festivis in ecclesiis et cancellis vestris denuncietis, donec aliud a nobis habueritis in mandatis. Datum etc.

---

[59]<sup>1</sup> Johannes Preconis, 1387–1398 geistlicher Richter, vgl. HS I / 1, S. 515. – <sup>2</sup> Münze von Verona.

#### [60] 4<sup>a</sup> aggravacio Revelabunt celi

Iudex ecclesie etc. Quia A. sentencias excommunicacionis in se ac interdicti in uxorem familiam colonos et inquilinos ipsius ac inhibicionis communionis generalis cibi potus etc. cum publicacione eorundem accensis pariter et extinctis candelis pulsatisque campanis latas a nobis contumacia ad instantiam t. temere vilipendit, mandamus vobis, quatinus omnes sentencias prescriptas, quas dicti excommunicati contumacia exigente presentibus innovamus, singulis diebus dominicis et festivis ut pridem accensis pariter et extinctis candelis pulsatisque campanis cum decantacione responsorii Revelabunt celi iniquitatem Jude etc. et adiunctione psalmi Deus laudem meam ne tacueris etc. inter missorum solemnia et in presencia plebis sic esse innovatas, vestris in cancellis solemniter nuncietis ipsum pro excommunicato et sic aggravato tenentes et vitantes ac vitari facientes, quoque vobis de eius absolucione ei facta per nostras litteras constiterit evidenter. Datum etc.

#### [61] Subscriptio notarii

Et me Wigando Creyner<sup>1</sup> clero Maguntine<sup>2</sup> dyocesis publico imperiali auctoritate curieque Constanciensis iurato notario, quia dictorum procuratorum constitutioni potestatis tradicioni omnibusque aliis premissis unacum prenominatis testibus (presens)<sup>a)</sup> interfui et ea sic fieri vidi et audivi permissione ratificatione et elevatione subsecutis, ideo presens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum exinde confeci subscripti et in hanc publicam formam redegii signoque<sup>b)</sup> et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus etc.

a) *Es folgt ein getilgter Passus, presens irrt. nicht getilgt. – b) que irrt. wiederholt.*

#### [62] Forma procurationis in bona forma

f. 7<sup>v</sup>

In nomine domini amen. Anno a nativitate eius domini 1429 ind. 7<sup>a</sup> die vero sabbati 12<sup>a</sup> mensis<sup>a)</sup> eiusdem diei hora nonarum vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti anno 12<sup>o</sup> in mei notarii publici et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constituta

---

[61] <sup>1</sup> Wigand Creyner, 1418–1460 Notar, vgl. SCHULER, Notare, S. 253, Nr. 725. –  
<sup>2</sup> Mainz.

honesta domina Vrsula relictta quondam Bilg(eri) de Hōdorff<sup>1</sup> civis Con-  
stanciensis omnibus melioribus modo via iure causa ēt forma, quibus meli-  
us et efficacius potuit et debuit, fecit constituit creavit et solempniter ordi-  
navit suos veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores facto-  
res negotiorumque suorum gestores et nuncios speciales et generales, ita  
tamen quod specialitas generalitati non deroget nec econtra, videlicet vene-  
rabiles viros dominos Pe. et Vlricum canonicos ecclesie Curiensis absentes  
tamque presentes et eorum quemlibet in solidum, sic quod non sit melior  
condicio occupantis nec subsequentis deterior, sed quod per unum ipsorum  
inceptum fuerit, per alterum eorundem prosequi valeat meli(or)ari<sup>b)</sup> et fini-  
ri, ad exigendum petendum recipiendum et sublevandum ipsius domine  
constituentis nomine et pro ea a strennuo viro Conr. de R. armigero in  
dyocesi Curiensi commorante debitum 20<sup>ti</sup> florenorum Renensium ipsi  
domine constituenti ratione puri amicabilis mutui per eundem Conr. obli-  
gatorem et debitorem ac ipsum Conr. de solutione receptione et levatione  
huiusmodi liberandum quitandum et pactum de ulterius soluta precepta seu  
levata huiusmodi non petendo faciendum et in eventum non salutionis  
debiti prescripti eundem Conr. de R. desuper coram quibuscumque iudici-  
bus ordinariis vel extraordinariis impetratis seu inpetrandis conveniendum  
et in ius et causam occasione dicti debiti trahendum et contra ipsum agen-  
dem ipsamque dominam constituentem et eius iure defendendum libellum  
seu libellos et quascumque petitiones summarias dandum et recipiendum  
item seu lites contestandum et contestari videndum de calumpnia vitanda  
et veritate dicenda cum singulis capitulis sub calumpnie iuramento conten-  
tis et quidlibet aliud licitum iuramentum in ipsius domine constituentis  
animam prestandum ponendum et articulandum testes litteras scripturas  
acta processus instrumenta et quecumque alia probationum genera produ-  
cendum contra testes et eorum dicta necnon omnia et singula ex adverso  
producta dicendum excipendum replicandum duplicandum triplicandum et  
quadruplicandum terminos et dilaciones adprocurandum inpetendum et  
obtinendum in loca iudices et notarios concordandum concludendum et  
renunciandum concludique et renunciari videndum et petendum senten-  
ciam et sentencias quascumque tam interlocutorias quam diffinitivas ferri  
petendum et audiendum ab ea seu eis et a quocumque alio gravamine ap-  
pellandum et provocandum apostolos petendum et recipiendum appell-  
acionem et appellaciones huiusmodi intimandum notificandum et prose-

---

[62] <sup>1</sup> *Bilgeri v. Heudorf, sö. Tuttlingen BW, 1407–1419 bezeugt.*

quendum litteras quascumque graciam sive iusticiam in se continentes necnon absoluciones simpliciter vel ad cautelam et restitucionem integratius et alia quecumque iuris beneficia inpetrandum et obtinendum ac impetratis adverso contradicendum et ea inpugnandum expensas dampna interesse taxari petendum videndum et super ipsis iurandum unum vel plures procuratorem seu procuratores loco sui et cuiuslibet eorum substituendum et eum vel eos revocandum ac onus procuracionis huiusmodi in se reassumendum, tociens quociens ipsis vel eorum alteri visum fuerit expedire, presente mandato semper in robore suo permanituro et generaliter omnia alia et singula faciendum dicendum gerendum exercendum et procurandum, que in premissis necessaria

fuerint et oportuna et que ipsam domina constituens faceret et facere posset, si premissis personaliter interesset, eciam si talia forent, que mandatum exigerent mag(is) speciale, quam presentibus est expressum, promisit propterea ipsa domina constituens in manibus mei notarii publici infra scripti tamquam publice et auctencie persone solemniter stipulantis et recipientis vice et nomine omnium et singulorum quorum interest vel intererit quomodolibet in futurum se ratam gratam atque firmam perpetuo habituram et quidquid per dictos suos procuratores aut eorum alterum necnon substitutum vel substitutos ab eis seu altero eorum actum dictum factum gestumve procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum ipsosque relevare ab omni onere satisdandi iudicio sisti et iudicatum solvi cum singulis clausulis necessariis et oportunis sub yppoteca et obligacionem omnium bonorum ipsius presencium et futurorum requirens me notarium publicum infrascriptum, ut sibi de premissis unum vel plura publicum seu publica conficerem instrumentum vel instrumenta. Acta et facta sunt hec in civitate Const(ancia) provincie Maguntine<sup>2</sup> et ibidem sub portico ecclesie mayoris sub anno inductione die mense horis et pontificatu quibus supra presentibus tunc et ibidem honorabilibus et discretis dominis B. Fry<sup>3</sup> arcium liberalium et scolarium Constanciensium magistro et Johanne Alterswiler presbitero Constanciensis dyocesis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis etc.

f. 8<sup>r</sup>

a) *Der Monatsname fehlt, entweder Februar oder März. – b) Korr. aus mediari.*

---

[62] <sup>2</sup> Mainz. – <sup>3</sup> Wohl der Notar Berthold Fry von Pfullendorf, vgl. SCHULER, *Notare*, S. 123, Nr. 362.

[63] Quinta aggravacio videlicet communicacionis ecclesiastici interdicti  
Iudex ecclesie etc. Quia A. civis etc. sentencias excommunicacionis ac  
interdicti in uxorem familiam colonos et inquilinos etc. necnon inhibicionis  
communionis generalis cibi potus etc. cum publicacione earundem senten-  
ciarum singulis diebus dominicis et festivis inter missarum solempnia ac-  
censis pariter et extinctis candelis pulsatis campanis etc. ac cum innova-  
cione eorundem cum decantacione respon(sorii) Revelabunt celi iniqui-  
tatem Jude etc. et cum adiunctione psalmi Deus laudem meam ne tacueris  
latas a nobis pro contumacia et pro iniur(ia) confessat(is) ad instanciam t.  
temere vilipendit, vobis mandamus, quatinus eundem A. amoneatis et effi-  
caciter inducatis, quem et nos presentibus ammonemus, ut ipse se de pre-  
dictis sentenciis infra proximos 15<sup>cim</sup> dies a publicacione presencium  
procuret absoluvi et dicto querulanti satisfaciat de petitis, alioquin ecclesiam  
et ecclesias, cuius seu quarum est subditus seu ad quarum parrochias  
devenerit, ecclesiastico procul dubio subiciemus interdicto. Datum etc.

#### [64] Quinta aggravacio contra plebanum

Johannes etc. episcopus Curiensis<sup>1</sup> vobis domino decano supra mandamus  
sub pena excommunicacionis late sentencie, quam ferimus in hiis scriptis,  
quatinus omne Iter dictum<sup>a)</sup>, quod a nobis et nostro officiali in vestro deca-  
natu fuerit indictum, illud nullomodo violetis neque violari permittatis ad  
relacionem vive vocis oraculo cuiuscumque nostri ex parte, quod per talem  
relacionem de iure relaxari non potest sed solum per patentes litteras no-  
stro sigillo sigillatas, nam interdictum seu sentencia quevis excommunicati-  
onis in scriptis debet proferri et in scriptis relaxari, et sub eadem pena  
mandetis omnibus vestris confratribus in vestro decanatu, quod hoc idem  
inviolabiliter observent. Item relaxamus interdictum, quod erat positum  
propter peccuniam dominorum de Amacia in omnibus ecclesiis vestris  
decanatus, in quibus parochiani omnes persolverunt dictas peccunias, in  
quibus

f. 8<sup>v</sup>  
autem ecclesiis omnes parochiani non persolverunt ibi observetur  
inviolabiliter ecclesiasticum interdictum, quo usque aliud<sup>b)</sup> in scriptis a nos  
habueritis in mandatis. Item illam capellam, in qua nuper quidam layci  
temerarie durante interdicto sepelierunt quemdam mortuum, similiter et  
ecclesiam parochiale, in qua dicta capella est sita, supponimus ecclesia-

---

[64]<sup>1</sup> Bischof Johannes v. Chur, vgl. [1], Anm. 1.

stico interdicto, quod inviolabiliter observetis et observari per alios fratres vestros faciatis, quosque aliud in scriptis ut supra. Datum etc.

a) *F, irrt. statt* interdictum. – b) *Davor irrt. nicht getilgtes ad.*

### [65] Interdictum occasione excessum

Iudex etc. provido viro domino decano ceterisque fratribus decanatus supra Siluam<sup>1</sup> et specialiter plebanis ecclesiarum in Inlancz<sup>2</sup>, in Trons<sup>3</sup> et in Brigels<sup>4</sup>, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. Deductum est ad reverendum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Johannem episcopum Curiensem<sup>5</sup> et nos a fide dignis personis, quod Christoff. de Ringg.<sup>6</sup> armiger et B.<sup>7</sup> filius suus captivaverint et in vincul(is) detinuerint pertates<sup>a)</sup> litteras iudicij nostram iurisdictionem per hoc impediendo, et quia propterea secundum canonicas sanctiones propter huiusmodi excessum et contemptum previendi sint, quare vobis omnibus supradictis et quamlibet<sup>b)</sup> vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis divinorum officiorum vestrorum ex speciali commissione prefati domini nostri episcopi Curiensis mandamus, quatinus ecclesiam et ecclesias, cuius dicti Christoff. et B. eius filius sunt subditi, alias ecclesias, ad quarum parochias pervenerint et quamdiu in eisdem permanserint aut domicilium habuerint, quam et quas pro huiusmodi excessu ecclesiastico subicimus interdicto, sic interdictam et interdictas vestris in cancellis publice nuncietis, cessantes et cessari facientes in eisdem apertis ianuis a divinis tamdiu, quousque a nobis aliud habueritis in mandatis. Redd(ite) litteras sigillatas et diem execucionis vestre presentibus subscribatis sub pena suspensionis etc.

a) *F, wohl verschrieben (für patentes ?).* – b) *F, statt cuilibet.*

### [66] Interdictum et unus dies integer post eius recessum

Iudex etc. plebanis etc. ceterisque etc. Quia A. de etc. sentencias excommunicationis in se etc. usque ibi post Deus laudem meam etc. ac sentencias interdicti in ecclesiam cuius et<sup>a)</sup> subditus latas a nobis contumacia ad instanciam B. canonici ecclesie Curiensis temere in salutis sue detrimentum vilipendit et animo miserabiliter sustinet indurato. Cum autem

---

[65]<sup>1</sup> Dekanat Surselva. – <sup>2</sup> Ilanz, Stadt u. Kr. – <sup>3</sup> Trun, Kr. Disentis. – <sup>4</sup> Breil/Brigels, ebd. – <sup>5</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>6</sup> Christoph v. Ringgenberg (Gem. Trun), 1380–1427 bezeugt, vgl. auch Burgenbuch, S. 355. – <sup>7</sup> Fingierter Name.

crescente contumacia crescere beat et pena, vobis mandamus, quatinus ecclesiam et ecclesias, cuius et quarum prescriptus A. est subditus, aliasque ecclesias, ad quarum parrochias dperuerit<sup>b)</sup> aut quamdiu in eisdem fuerit aut domicilium habuerit, quam et quas pro huiusmodi contumacia et rebellione et ad unam integrum diem post eius recessum ecclesiastico subicimus interdicto, sic interdictam et interdictas publice nuncietis cessantes et cessari facientes in eisdem presente prescripto contumace apertis ianuis a divinis eciam ad unum diem integrum post eius recessum, ut prefertur, quoisque de eius absolucione per nostras litteras constiterit evidenter. Datum etc.

a) *F*, statt est – b) *F*.

#### [67] Interdictum

Iudex ecclesie Curiensis plebanis etc. ceterisque, ad quos presentes pervernerint, salutem in domino. Quia A. civis etc. sentencias excommunicacionis in se ac interdicti in uxorem familiam etc. ac inhibicionis communionis generalis cibi potus furni fori etc. ac denunciacionis earundem singulis diebus dominicis et festivis inter missarum sollempnia accensis pariter et extinctis candelis compulsatisque campanis sollempniter facienda nec non innovacionis eorundem sentenciarum cum decantacione responsorii Revelabunt celi sint adjuncto psalmo Deus laudem meam etc. subiunctaque comminacione ecclesiastici interdicti debiti intervalli temporum latas a nobis pro contumacia et pro iniuria confessata ad instanciam B. scolaris temere vilipendit animo indurato, vobis mandamus, quatinus ecclesiam et ecclesias, cuius et quarum prescriptus A. est subditus et ad quarum parrochias devenerit, quamdiu in eisdem fuerit, quas propter hoc ecclesiastico subicimus interdicto, huic denunciatis publice subiacere, cessantes et cessari facientes in eisdem presente prescripto contumace apertis ianuis a divinis, quoisque a nobis aliud preceperitis in mandatis. Datum etc.

f. 9<sup>r</sup>

#### [68] Interdictum

Iudex ecclesie Curiensis vobis domino plebano in Zucz<sup>1</sup> ceterisque, ad quos etc. salutem in domino. Tum mandamus sub pena suspensionis etc., quatinus mox visis presentibus supponatis ecclesia(sticum) interdictum in dictis ecclesiis vestris, ideo quod communitas ibidem non satisfecit nobis

---

[68] <sup>1</sup> Zuoz, Kr. Oberengadin.

de 6 tugg(atis), quos adhuc obligantur solvere de censu presenti dominorum de Amacia<sup>2</sup> datis vel sic. Quia communitas in Czucz non solvit nobis 6 tugg(atos) ex parte census dominorum de Amacia, et ideo supponimus ecclesiasticum interdictum, quod inviolabiliter observari debetis, usque nobis dicta peccunia persoluta fuerit. Datum etc.

#### [69] Interdictum

Johannes etc. dilecto nobis domino plebano in t. loco ceterisque etc. salutem in domino. Quia Gaudencius filius etc. de Sala<sup>1</sup> extitit excommunicatus ex parte Agnetis filie etc. postea aggravatus et reaggravatus in dictis sentenciis insorduit et die hodierna insordet, quas sentencias dictus Gaudencius omnes hucusque animo indurato parvipendit, et ideo crescente contumacia crescere debeat et pena, ideo ecclesiam parochialem in Simnis<sup>2</sup> supponimus ecclesiastico interdicto, quod interdictum ecclesiasticum firmiter et inviolabiliter observetis sub pena suspensionis etc., quoique aliud etc.

Sciatis, quod non spectat ad officium nostrum homines permitere scienter peccare, sed ex quo ambo adulterati sunt tunc paria dilecta mutua compensacione tolluntur, ideo compellatis coniuges pretensam ecclesiasticam, ut simul cohabitent, quia aliud non est remedium iuris. Datum etc.

#### [70] Sentencia impeticionis

Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus universis certam noticiam subscriptorum cum salute. Conparuerunt coram nobis A. Kriesser<sup>1</sup> actor ex una et B. Schönhaincz<sup>2</sup> reus parte ex altera, dictus .. Kriesser impeciit prefatum B. reum super 15 sol. den., quos sibi solvere tenetur ex parte officii vicedominatus, sed quia idem B. reus respondit, se ad hoc non teneri, quod probavit per honorabilem virum dominum Hainr. vicarium ecclesie Curiensis<sup>3</sup>, prescriptum reum absolvimus ab impeticione dicti actoris quoad 15 sol. den. prescriptis per presentes. Datum etc.

---

[68]<sup>2</sup> Vögte v. Matsch (*Gem. Mals, Vinschgau, ital. Prov. Bozen*).

[69]<sup>1</sup> Gaudenz v. Sala, am 20. Mai 1429 (*GemA Sent, 8*) als Covig von Sent bezeugt. –  
<sup>2</sup> Sent, Kr. Untertasna.

[70]<sup>1</sup> Vorname A. fingiert, vielleicht der am 11. Dez. 1424 bezeugte Ulrich Kriesser (*JECKLIN, Organisation*, S. 31). –<sup>2</sup> Vorname B. fingiert, vielleicht der am 7. Nov. 1446 bezeugte Ulrich Schönhaintz von Zizers (*GemA Jenins, 14*). –<sup>3</sup> Heinrich Egghard, 1424 u. 1434–1435 Churer Generalvikar, vgl. *HS I / 1*, S. 516.

[71] Preceptum

Iudex etc. plebano in Cacz<sup>1</sup> ceterisque salutem in domino. Conparuerunt coram nobis Jo. Hagen<sup>2</sup> actor ex una et Andr. de Cacz reus parte ex altera, dictus Jo. proposuit verbotenus suam inpeticionem super certo debito, et quia dictus Andr. inpeticionem predicti Jo. fassus fuit coram nobis in iudicio, precepimus dicto A., ut satisfaceret predicto Jo. Hagen infra octo dies iusticia mediante. Datum etc.

[72] Contumacia

Iudex ecclesie Curiensis plebano etc. ceterisque salutem in domino. Quia uxori Vlrici Echinger precepimus, quod satisfaceret Hainr. Luppff.<sup>1</sup> de certo debito usque ad terminum dudum elapsum et hoc minime fecit, mandamus vobis, quatinus ipsam, quam pro huiusmodi contumacia trium dierum canonica monitione premissa excommunicamus, sic excommunicatam publice nuncietis. Datum Curie etc. pridie non. iulii etc.

[73] Contumacia

Iudex ecclesie etc. plebano etc. Quia Andr. de Cacz<sup>1</sup> sentencias excommunicationis incidunt latas a nobis per formam precepti ad instanciam Jo. H. civis Curiensis<sup>2</sup>, vobis mandamus, quatinus ipsum quam excommunicatum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

[74]

Iudex ecclesie Curiensis tibi Judoco etc. salutem in domino. Quia coram nobis confessus es te esse fideiussorem Nicolai etc. ex parte Dorothée etc. 3<sup>s</sup> lib. den. minus 5 sol. den. Const(anciensum) quodque super hoc dicte mulieri pignus asignaveris, precipimus tibi, ut predicte Dor(othee) hinc usque ad festum sancti Hilarii proxime venturum aut in moneta aut per sufficiencia pignora, que in continentि detrahi possunt, satisfacias sub pena excommunicationis realiter cum effectu. Datum etc.

[71]<sup>1</sup> Cazis, Kr. Thusis. –<sup>2</sup> Johann Hagen, 1430–1456, Rat, 1430 Werkmeister von Chur, 1453 Spitalpfleger (JECKLIN, Organisation, S. 36ff., 41f., 50).

[72]<sup>1</sup> Vielleicht Heinrich Lupfensack, Churer Bürger, 23. Febr. 1420 (StadtA Chur, 30.8), 23. Febr. 1422 (Or. BAC) bezeugt, 20. Jan. 1448 verstorben (Or. BAC).

[73]<sup>1</sup> Cazis, Kr. Thusis. –<sup>2</sup> Vgl. [72], Anm. 1.

[75] Forma executorialis super sentencia diffinitiva lata per modum  
precepti etc.

Iudex ecclesie etc. plebanis seu viceplebanis ecclesiarum etc. et specialiter t. ceterisque, quos presentes pervenerint, salutem in domino. Licet nos dudum in causa peccuniaria mota coram nobis inter A. actorem ex una et B. sacerdotem reum ex altera non absque deliberacionis et iurisperitorum consilio dictum B. in 15 sol. den. Const(anciensis) monete per eum coram nobis iudicialiter fassus tamquam in debito principali necnon in duabus lib. den. Constanciencium minus 6 den. occasione expensarum in dicta causa per ipsum actorum factarum eidem actori per nos iudicialiter adiudicatarum et persolvendarum sentencialiter per nostras condempnaverimus sentencias diffinitivas, eidem B. certum terminum per nostrum preceptum prefigentes prefato actori effectualiter ad satisfaciendum de peccuniis supra scriptis sub pena suspensionis a suis officiis divinorum iam late sentencie eodem in supra satisfaccionis termino de consensu partis adverse in suo statu ad alium terminum videlicet feriam <sup>4<sup>ta</sup>m</sup> proximam post festum nativitatis sancte Marie iam proxime preteritum protunc proxime venturum per nos prorogato, de quibus tamen ut precepimus eidem actori eciam iam multis elapsis diebus minime satisfecit ut tenetur nostri precepti mandatum et suspensionis penam temere vilipendo. Quapropter et cuilibet vestrum precipimus mandamus, ut dictum A., quem pro huiusmodi contumacia excommunicamus, sic excommunicatum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum Curie etc.

[76]

Johannes dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> dilecto nobis domino A. plebano in t. loco salutem in domino. Mandamus vobis sub pena suspensionis divinorum officiorum vestrorum,

quatinus personaliter accedatis ad ministr(alem) et iuratos in Disertina<sup>2</sup> et eis ex parte nostra inhibeatis, quibus eciam nos presentibus inhibemus sub pena late sentencie, quam ferimus in his scriptis, ut se non impediant quo-vis modo super hereditate Ju. de Schamut<sup>3</sup>, quoisque per vos vel vicarium nostrum cognitum fuerit et determinatum super legittimitate certorum heredum dicte hereditatis. Datum etc.

f. 10<sup>r</sup>

---

[76] <sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Disentis, Gem. u. Kr. – <sup>3</sup> Tschamut, Gem. Tujetsch, Kr. Disentis.

### [77] Interlocutoria cum recessu

Iudex ecclesie Curiensis etc. In causa mota coram nobis inter honorabilem dominam A. relictam quondam B. de Cast. actricem ex una et C. D. et E. reos parte ex altera porrectis nobis excepcionibus contra libellum in dicta causa porrectum et replicacionibus subsecutis interloquendo pronunciamus in dicta causa litem fore contestandam et partes hinc inde iuramentum calumpnie vitande et veritatis dicende prestare debere, quibus sic pronunciatis dominus Perus procuratorio nomine reorum in causa predicta negat narrata prout narrantur in libello animo litem contestandi et dicit petita fieri non debere, postea ad prestandum iuramentum calumpnie vitande et veritatis dicende terminum super feriam 4<sup>am</sup> et adponendum super feriam 6<sup>tam</sup> ante festum sancte N. virginis proxime venturum prefiximus iusticia medante. Datum etc.

### [78] Preceptum

Iudex ecclesie Curiensis religioso viro domino Cūnr. plebano etc. salutem in domino. Quia confessus coram nobis in iudicio te notorie ad solvendum teneri 5 florenos monete supra Siluam<sup>1</sup> et 4<sup>or</sup> blaphardos Martino et Verene mulieri, precipimus tibi, quatinus prescriptum debitum pretactis Martino et Verene infra 3<sup>s</sup> ebdomadas a dat(a) presencium proxime venturas in moneta aut per sufficiencia pignora, que incontinenti sine aliqua dilacione distrahi possint, persolvas realiter cum effectu sub pena excommunicacionis late sentencie. Datum etc.

### [79]

Iudex ecclesie Curiensis etc. In causa peccuniaria mota coram nobis inter Verenam ex una et religiosum virum dominum Conr. plebanum in Trons<sup>1</sup> reum parte ex altera. Licet dicta actrix inpeciit predictum Cūnr. d. super summa 10 florenorum et quatuor blaphardorum et 12 sol.den. nove monete ratione expensarum litis et residuum constanter negavit dictaque actrix dixit se nullas propositiones habere, ipsum dominum Cūnr. condempnavimus in dictis 5 florenis et 4<sup>or</sup> blaphardis et de residuo pronunciavimus eum absolutum, condempnavimus quoque et presentibus condempnamus pre-

---

[78]<sup>1</sup> Surselva.

[79]<sup>1</sup> Trun, Kr. Disentis.

scriptum dominum Cūnr. in expensas litis, quarum taxacionem nobis imposterum reservamus. Datum.

[80]

Iudex ecclesie Curiensis. Quia in causa mota coram nobis inter Johannem Ort<sup>1</sup> ex una et Elis(abet) et Seuferidam heredes quidam dicti Gōczen de Inlancz<sup>2</sup> parte ex altera dictus actor Else sorori quondam dicti Gōczen pro heredibus eiusdem olim dicti Gōczen detulit iuramentum, quod in eadem Elsa nomine quo supra prestitit, et quia iuramentum a parte parte delatum est finis omnis controversie, idcirco matura deliberacione prehabita predictam Elsam nomine herendum prescripti quondam dicti Gōczen ab impetione prefati Johannis Ort absolvimus condempnantes propterea prescriptum actorem in expensis litis, quas hincinde compensatis compensandis taxavimus ad 10 blaphardos ante quos, quos actor dicte Else solvere debet. Datum etc.

[81] Preceptum

f. 10<sup>v</sup>

Iudex ecclesie Curiensis. Constituti coram nobis in iudicio Cūradus Fousch<sup>1</sup> parte ex una et B. dictus Lang. de etc. et uxor sua legitima Adelh(eid) parte ex altera dictus Cūradus proposuit, quod rei tenentur sibi duas lib. den. Const(anciensis) monete, quod dicti rei fatebantur. Et ideo precepimus et tenore presencium precepimus dictis reis, quod prefatam peccuniam solvant dicto actori infra memsem<sup>a)</sup> proximum a data presencium computandam sub pena excommunicacionis late sentencie. Datum etc.

a) *F, statt mensem.*

[82] Preceptum

Iudex ecclesie Curiensis. Tibi domino Bilgrino sacerdoti<sup>1</sup> salutem in domino. Quia coram nobis in iudicio confessus es te notorie ad solvendum tene-ri domino Gōtf. rectori ecclesie Ruczüns<sup>2</sup> 15 plaphardos novos, precepimus tibi Bilgrino predicto, ut predictos 15 plaphardos infra 8 dies proximos

---

[80]<sup>1</sup> Vielleicht der am 4. Mai 1424 (Or. BAC) u. am 30. April 1433 (GemA Maienfeld, 13) in Maienfeld bezeugte Hans Ort. – <sup>2</sup> Ilanz, Gem. u. Kr.

[81]<sup>1</sup> Konrad Fousch, 1441–1449 in Malans bezeugt.

[82]<sup>1</sup> Wohl Jos Bilgeri, vgl. [56], Anm. 1. – <sup>2</sup> Rhäzüns, Gem. u. Kr.

sequentes prefato domino Götfr. persolvas realiter cum effectu sub pena suspensionis. Datum etc.

#### [83] Absolucion simplex

Iudex ecclesie Curiensis etc. plebano etc. salutem in domino. Quia A. sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis latis a nobis pro contumacia ad instanciam t. innodatus eidem satisfecit de petitis, vobis mandamus, quatinus ipsos, quos a dictis sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis absolvimus ipsasque sentencias presentibus relaxamus, absolutum et relaxatas vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

#### [84] Vacat

Relaxentur sentencie cum suis aggravacionibus subsecutis usque ad t. diem, sic tamen, quod si non satisfacerit interim, quod tunc omnes predicte sentencie absque innovacione in pristinum robur revertantur etc.

#### [85] Supplicatio

Domine H. Suplico vobis in causa, quo dominus Johannes plebanus parochialis ecclesie in t. loco personaliter non foret in Wart(enstein)<sup>1</sup> etc. seu in Pfäfers<sup>2</sup> etc., quatinus vos aggravacionis copiam in dictum excommunicatum N. etc. emisse recipiatis et ipsam in t. loco etc. publicari procuretis seu ipsam domino P. etc. dandam reservetis etc.

#### [86] Absolucion sub forma iuris

Iudex ecclesie etc. Mandamus vobis, quatinus recepta ydonea cauzione A. t. excommunicato a nobis pro contumacia t., quod feria t. proxima hora prime iuri pareat coram nobis et eundem terminum tempestive preintimet t. ipsum, quem ab excommunicacionis cum aggravacionum sentenciis si late sunt in eum pro contumacia ad instanciam eisdem t. in forma iuris absolvimus, sic absolutum vestris in cancellis publice nuncietis, noluimus autem, ut hec absolucion ad excommunicatum mortuum referatur. Datum etc.

---

[85]<sup>1</sup> Wartenstein, Gem. Pfäfers. –<sup>2</sup> Pfäfers, Bez. Sargans SG.

### [87] Absolucion sub specie pacis

Iudex etc. Sentencias excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis latae a nobis pro contumacia contra A. ad instantiam t., quas ad petitionem t. usque ad t. diem sub specie pacis et amicabilis compositionis presentibus relaxamus, ipsumque ab eis absolvimus, si<sup>a)</sup> relaxatas absolutum vestris in cancellis publice nuncietis adiecto, quod si medio tempore amicabilis compositione seu emenda non intervenerint, extunc dicte sentencie omnes et singule absque innovacione missione aliarum litterarum ipso facto in robur pristinum revertantur. Datum etc.

a) *F, statt sic.*

### [88] Absolutio ab instantia iudicij

f. 11<sup>r</sup>

Iudex ecclesie etc. Cum A. et B. excommunicati a nobis pro contumacia per formam amonicionis nostre ad instantiam t. absoluti, quod per nos a dictis sententiis in forma iuris usque ad feriam t. proximam hora prime ipsi A. et B. absoluti coram nobis dicto termino comparuerint asserentes, quod eundem terminum prescripto t. preintimaverint, ut precepimus, tempestive ipso vero t. coram nobis in dicto termino minime comparente, nos attentes contumaciam actoris fore graviorem idcirco pretactos A. et B., si est ita, ut prefertur, ab instancia nostri iudicij quoad hunc terminum in forma iuris prefixum absolventes de iure eisdem A. et B. refundendas presentibus reservamus. Datum etc.

### [89] Absolucion pro negleccione collecte

Vicarius reverendi etc. plebano t. salutem in domino. Licet A. plebanus t. sententiis suspensionis a suis officiis divinorum pro negleccioni solucionis collecte episcopalibus fuerit innodatus, quia tamen ipse nobis satisfecit de eadem, vobis mandamus, quatinus dictas sentencias suspensionis, quas presentibus, in quantum de iure possumus, relaxamus ipsumque A. ab eisdem absolvimus, absolutum et relaxatas publice nuncietis, iungentes sibi, ut ipse se hinc usque ad t. diem a macula irregularitatis, si quam occasione premissorum incurrit, per sedem apostolicam absolvi procuret. Datum etc.

### [90] Absolucio

Vicarius etc. decano et confratribus decanatus supra Siluam<sup>1</sup> ceterisque etc. salutem. Licet N. plebanus ecclesie in tali loco etc. site in valle etc. sentenciis suspensionis excommunicacionis ex certis causis ligatus divina officia celebrando et alias ingerendo de divinis irregularitatis maculam incurrit, quia tamen poenitencia ductus se coram nobis sub certis penis in se sponte susceptis efficaciter obligavit ad procurandum se causa super irregularitate contracta hinc usque ad festum beati Jorii martiris proximo affuturum actualiter procurare auctoritate sedis ordinaria promulgatas, in dei nomine presentibus relaxamus ipsumque a dictis sentenciis ab homine latis absolvimus hiis in scriptis, adiecto quod si medio tempore secum, ut prefertur, neglexerit obtinere realiter dispensari, extunc dicte sentencie absque aliarum litterarum missione in robur pristinum revertantur. Datum etc.

### [91] Absolucio

Iudex ecclesie etc. plebano etc. salutem in domino. Si vobis vel alicui vestrum constet, quod A. ab hac luce migraverit aut adeo in remotis existat, quod eius presencia absque gravi difficultate in A. veniri non possit, tunc vobis mandamus, quatinus sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis absolvimus latis a nobis pro contumacia ad instanciam eiusdem B. innodatus, ipsum A., quem a dictis sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis absolvimus ipsasque sentencias presentibus relaxamus, absolutum et relaxat(as) publice nuncietis. Datum etc.

f. 11<sup>v</sup>

### [92] Absolucio simplex

Iudex ecclesie etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Quia A. sentencias excommunicacionis latas a nobis pro contumacia ad instanciam heredum olim B. innodati eisdem satisfecit de petitis, vobis mandamus, quatinus ipsum, quem a dictis sentenciis excommunicacionis absolvimus per presentes, absolutum publicetis. Datum etc.

---

[90]<sup>1</sup> Dekanat Surselva.

### [93] Absolucio simplex p(ro) excommunicat(o)

Iudex etc. plebano ceterisque salutem in domino. Quia M. iuniore sententiis excommunicacionis latis a nobis pro contumacia ad instanciam B. etc. innodatus eidem, ut precepimus, satisfecit de petitis, vobis mandamus, quatinus ipsum, quem a dictis sentenciis excommunicacionis absolvimus, sic absolutum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

### [94] Absolucio

Johannes<sup>1</sup> dei etc. vobis domino Egidi plebano in Burg.<sup>2</sup> damus in mandatis, quatinus absolvatis Cünr. de Marm(orera)<sup>3</sup> auctoritate nostra ordinaria a sentenciis excommunicacionis, quas incidit propter non solucionem certarum summi peccuniarum, necnon absolvimus et relaxamus easdem sentencias contra vos latas, quas ambos incidistis ad instanciam Hainr. Eggh(ardi) notarii<sup>4</sup> nostri dilecti usque ad ipsius revocationem. Datum etc.

### [95] Absolucio defuncti

Iudex etc. plebano tali etc. salutem in domino. Quia olim A. dictus etc. sentencias excommunicacionis cum quampluribus aggravacionibus subsecutis innodatus latas a nobis pro contumacia ad instanciam B. scriptoris de etc., cuius sic excommunicati corpus propterea traditum est campestre sepulture, sed ex qua<sup>a)</sup> dicto B. satisfactum est de petitis, mandamus vobis, quatinus ipsum ab huiusmodi excommunicacionis sentenciis cum aggravacionibus subsecutis absolvatis cum psalmo penitenciali oratione dominica et alia consueta eiusque corpus ecclesiastice tradatis sepulture et ibidem cum Christi fidelibus in nomine patris et filii et spiritus sancti requiescere permittatis. Datum etc.

a) F.

### [96]

Vicarius in spiritualibus domino A. plebano etc. salutem in domino. Noveritis, quod nobis dominus Cünradus in Tr. conqueritur, qualiter sibi suos subditos provideatis cum confessione et sacramento, sed quia nemo debet mittere falcem messam alienam<sup>a)</sup>, swademos vobis, ut decetero non facia-

---

[94] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Vella, Kr. Lugnez. – <sup>3</sup> Konrad v. Marmels (Marmorera, Kr. Surses) – <sup>4</sup> Heinrich Egghard, Notar, Generalvikar, vgl. HS I / 1, S. 516.

tis, nam si inantea nobis querela de hoc advenerit, vos per iusticiam pro satisfacione compellemus. Datum etc.

a) *F, statt* falcem in messem.

[97] Absolucio bona

Iudex ecclesie etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Quia Jo. Helbrunner pridem pecior<sup>a)</sup> sancti Anthonii Curiensis dyocesis<sup>1</sup> sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis latis a nobis pro contumacia ad instanciam Spronelle etc. eius uxoris legitime innodatus et quia, ut precepimus, dicte partes ac coniuges super mote litis questione amicabiliter inter se convenerunt et composuerunt, quapropter vobis mandamus, quatinus dictum Jo., quem a dictis sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis absolvimus per presentes, sic absolutum vestris in cancellis publice nuncietis, et quia occasione dicte inpetacionis non nulla peccuniarum debita apud Jo. Goldschmid apud Ringg et apud dictum Schwarczhans opidanos in Velk(irch)<sup>2</sup> ad instanciam dicte Spronelle actricis per nos fuerunt arrestata iusta de causa, tunc autem cessante causa cessare debeat et effectus, quam ob rem vobis significando precipimus, ut dicta debita per nos arrestata ut prefertur libere relaxatis sic relaxata eciam vestris in cancellis publicantes. Datum etc.

a) *F, statt* petitor.

f. 12<sup>r</sup>

[98] Absolucio sub forma iuris contra religiosum

Iudex ecclesie Curiensis custodi monasterii Curwald<sup>1</sup> ceterisque eiusdem monasterii cumfratribus salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus recepta ydonea cauzione a venerabili in Christo patre ac domino A. dicti monasterii preposito ac religioso viro B. procuratore dicti monasterii suspensis a nobis pro contumacia a suis officiis divinorum ad instanciam C. opidani in Velk(irch)<sup>2</sup>, ut choram nobis in choro Curiensi precise proxima die iudicata post festum beati Hilarii episcopi proximo affuturum hora prime iuri pareat terminumque eundem dicto C. preintimetis tempestive, ipsos, quos a dictis sentenciis suspensos in forma iuris absolvimus per presentes, sic absolutos publicetis. Datum etc.

---

[97]<sup>1</sup> Johann Helbrunner, Terminierer der Antoniter für das Bistum Chur. – <sup>2</sup> Feldkirch, Vorarlberg.

[98]<sup>1</sup> Prämonstratenserklöster Churwalden, Gem. u. Kr. – <sup>2</sup> Feldkirch, Vorarlberg.

[99] Absolucio sub forma iuris

Iudex etc. plebano etc. Quia licet dominus Oswaldus plebanus etc. sit suspensus et excommunicatus a nobis ad instanciam P. Bader, quia tamen dominus Hertwicus debet parere iuri proxima die iuridica post festum etc. proximo venturum E. aliis terminis sibi prefigendis et iudicatum solvi, mandamus vobis, prescriptum dominum Oswaldum, quem a dictis sentenciis suspensionis et excommunicacionis in forma iuris absolvimus, sic absolutum publice nuncietis. Datum etc.

[100] Isti absoluti dederunt gwarandizatorem

Iudex etc. plebano etc. Quia A. et B. prius a nobis sub forma iuris absoluti ad talem diem etc., sed quia modo dederunt gwarandizatorem videlicet Martinum, quod coram nobis proxima die iuridica post festum sancti Hilarii proxime venturum iuri pareant, quare ipsos ad eundem proximam diem iuridicam a sentenciis suspensionis absolvimus, sic absolutos publice nuncietis. Datum etc.

[101] Absolucio vacat sequitur retrusio

Iudex etc. Licet nos pridem A. a sentenciis excommunicacionis latis a nobis in eum pro contumacia ad instanciam t. in forma iuris absolvimus usque ad t. diem proximam hora prime, ut eudem<sup>a)</sup> termino coram nobis iuri pareret, quia tum idem A. coram nobis non comparuit nec pro se misit termino in eodem, vobis mandamus, quatinus ipsum A., quem pro huiusmodi contumacia in pristinas sentencias excommunicacionis retrudimus, sic retrusum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

a) *F*, statt eodem.

[102] Sequitur expectavit

Iudex ecclesie Curiensis etc. Expectavit coram nobis A. per suum procuratorem et nomine procuracionis eiusdem citata coram nobis in choro Curiensi ad feriam t. hora vesperarum ad instanciam t. eodem termino usque ad feriam t. ante festum etc. hora prime prorogato, qui<sup>a)</sup> quia non comparuit nec pro se misit termino in iamdicto, ipsam A. quo ad hanc diem absolvimus ad instanciam dicti t. per presentes. Datum etc.

a) *F*.

### [103] Sequitur alia retrusio

Iudex etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Quia J. absoluto in forma iuris a sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsequitis videlicet ecclesiastici interdicti in uxorem familiam colonos etc. latis a nobis pro contumacia ad instanciam K. ad feriam t. proximam etc. ut asseritur dictus J. coram nobis non comparuit nec pro se misit termino in eodem, vobis mandamus, quatinus

f. 12<sup>v</sup> ipsum Jo. etc., quem pro huiusmodi contumacia in pristinas prescriptas retrudimus per presentes, sic retrusum publice nuncietis, salvo tamen dicto Jo. iure dicendi, si ad aliam feriam preter predictam feriam t. sub forma iuris fuerit absolutus. Datum etc.

### [104] Retrusio

Iudex ecclesie Curiensi plebano ecclesie etc. ceterisque salutem in domino. Sentencias excommunicacionis in se ac interdicti in uxorem etc. cum inhibicione communionis generalis cibi potus etc. latas a nobis pro contumacia contra A. civem etc. ad instanciam B. etc. de concessu parcium ac absque preiudicio earundem sub specie pacis et satisfaccionis ab hinc usque ad diem etc. proximam ante dominicam etc. presentibus relaxamus, hoc adiecto quod in casu, quo dicta satisfaccio medio tempore non intervenerit, extunc dicte sentencie in robur pristinum revertantur una cum publicacione earundem singulis diebus dominicis et festivis accensis pariter extinctis candelis inter missarum sollempnia, mandantes vobis, quatinus dictas sentencias sic esse et non aliter relaxatas publicetis. Datum etc.

### [105] Retrusio

Iudex etc. Curiensis etc. Quia A. absolutus a sentenciis excommunicacionis latas<sup>a)</sup> a nobis pro contumacia ad instanciam B. in forma iuris ad certum terminum dudum elapsum continuato, quod termino eodem de concessu parcium ac absque preiudicium earundem usque ad festum beati etc. ultimo preteritum sub specie pro huiusmodi contumacia in pristinas sentencias excommunicacionis retrudimus per presentes, sic retrusum publice nuncietis. Datum.

a) *F, statt latis.*

[106] Citacio ad videndum eum reintrudi etc.

Officialis curie Curiensis plebano salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus A. de etc. citetis, ut coram nobis in consistorio Curiensi feria 4<sup>a</sup> proxima ante festum etc. proxime venturum hora prime personaliter compareat ad videndum se reintrudi in pristina<sup>a)</sup> sentencias excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis latas in eum pro contumacia videlicet ecclesiastici interdicti etc. ad instanciam B. de Schams<sup>1</sup> vel coram nobis medio tempore tamen assignet, quare in pristinas sentencias excommunicacionis reintrudi non debeat. Datum etc.

a) *F*, statt pristinas.

[107] Citacio consimilis

Officialis etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus religiosum virum dominum Oswaldum etc. citetis, quem et nos presentibus citamus, ut coram nobis compareat in castro Curiensi die tali etc. hora etc. ad videndum ipsum reintrudi in pristinas sentencias ad instanciam domini Jo. Lup.<sup>1</sup> etc. vel ad allegandum causam seu causas, quare reintrudi non debeat, alias procedemus in dicta causa iusticia mediante. Datum etc.

[108] Ammonicio

Iudex etc. Mandamus vobis, quatinus moneatis A., quem et nos presentibus ammonemus, ut ipse t. debito, in quo sibi tenetur in t. diem a data presencium computando satisfaciat cum effectu vel medio tempore coram nobis in choro Curiensi causam rationabilem si quam potest assignet, quare ad predicta minime teneatur, alioquin ipsum A., quem exnunc prout extunc pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum.

[109] Ammonicio alia

f. 13<sup>r</sup>

Iudex ecclesie etc. Mandamus vobis, quatinus moneatis A., quem et nos presentibus ammonemus, ut ipse t. de quinque florenis ei ut asseritur debitis et pridem coram nobis ut famatur in iure confessatis inter diem t. a data etc., alioquin ipsum t., quem extunc prout ex nunc penam suspensionis a

---

[106]<sup>1</sup> *Schams, Tal u. Kr.*

[107]<sup>1</sup> *Wohl Johann Lupfensack, 1430 – † 1446 Domherr.*

suis officiis divinorum, si eam pro huiusmodi debito exsolvendo in se coram nobis sponte suscepit, eandem incidisse denunciamus, sic denunciatum vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

[110] Ammonicio pro decimis

Iudex ecclesie etc. plebanis etc. ceterisque, ad quos presentes pervenerint seu qui per vos fuerint requisiti, salutem in domino. Vobis et cuilibet sub pena suspensionis a vestris officiis divinorum canonica monitione previa precipimus et mandamus, quatinus A. et B. necnon omnes alios et singulos debitores decimarum vini apum pirorum pomorum et ceterorum vel aliorum fructuum crescencium infra limites dicte ecclesie parochialis etc. moneatis et efficaciter inducatis, quos et nos presentibus ammonemus, ut ipsi et quilibet ipsorum in eo, in quo tenetur, venerabili in Christo patri et domino abati N. et conventui monasterii etc. Curiensis dyocesis de dictis decimis debitibus expedire neglectis ab hinc usque octavas festum etc. proxime venturas satisfaciant cum effectu vel saltem in medio tempore coram nobis in choro Curiensi causam racionabilem, si quam possunt, assignent, quare ad predicta minime teneantur, alioquin ipsos et quemlibet ipsorum per eos nominatim monitum seu monitos, quos ex nunc prout extunc extunc prout exnunc pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatos vestris in cancellis publice nuncietis. Datum etc.

[111] Ammonicio pro censibus seu generalis

Iudex ecclesie etc. plebano seu viceplebano ecclesie sancte Marie etc. ceterisque, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. Vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicacionis precipiendo mandamus, quatinus omnes et singulos debitores censum decimarum remediorum anniversariorum aliorumque fructuum et iurium, quocumque nomine censeantur, debitorum discreto viro S. plebano ecclesie etc. nomine eiusdem ecclesie moneatis, quos et nos presentibus ammonemus, ut ipsi et quilibet eorum ut tenentur prescripto Erh. vobis seu eius certus nuncius duxerit nominandos satisfaciant cum effectu, alioquin ipsos et quemlibet eorum per nos seu alterum vestrum nominatim monitos, quos exnunc prout extunc et extunc prout exnunc pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis nomina excommunicatorum sub pena prescripta rescri-

bentes, et contra eos per graviores sentencias procedere valeamus iusticia mediante. Datum etc.

Presentibus a data presencium ad unum annum et non amplius vallituris.

[112] Sequitur alia ammonicio

Iudex ecclesie Curiensis etc. plebano t. salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus moneatis singuli singulis subscriptorum, prout vobis sunt subditi, scilicet t. et quos et nos presentibus ammonemus, ut ipsi et quilibet eorundem in Christo patri ac domino nostro episcopo Curiensi vel eius ad hoc certis constitutis procuratoribus de censibus et aliis iuribus, quibuscumque nominibus censeantur, ei nomine dicte sue ecclesie debitum et expedire neglectis hinc usque ad feriam t. proximam hora prime satisfaciant integraliter cum effectu vel eodem die prescripta hora, quam eis super eo precise et peremptorie terminalem presentibus assignamus, coram nobis in choro ecclesie Curiensis causam rationabilem, si quam possunt, legitime assignent, quare ad predicta minime teneantur, alioquin ipsos et quemlibet prescriptorum, qui nostris in hac parte contepserint aut neglexerint obedire mandatis, quos et quem extunc eorum aut eius huiusmodi exigente contumacia excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis. Ceterum cum propter locorum distanciam et viarum discrimina copia nunciorum seu litterarum nostrarum iudicialium porticorum oportune habere non possit, vobis et cuiuslibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis penam, quam canonica trium dierum monitione previa fuerimus in rebelles iniungimus et mandamus, quod si predictos ut prefertur monitos et citatos post prescriptum eis prefixum terminum per 15 dies proximos et continuos in dictis sententiis sordescere contigerit, vos extunc uxores familiares colonos et inquilinos ipsorum et ciuslibet eorundem, quos pro huiusmodi contumacia ecclesiastico subiciimus interdicto, huic denuncietis publice subiacere, verum si eosdem excommunicatos e(t)<sup>a)</sup> ut prescribitur aggravatos in pretactis sententiis per alios proximos 15 dies putrefacere contigerit et sordere, extunc omnibus vestris subditis inhibeatis, quibus et nos presentibus inhibemus, ne quis eisdem communicet cibo potu furno foro molendino empacione venditione aut quavis alia questione a lege vel canone non concessa prescriptasque sentencias omnes et singulas, prout late sunt per ordinem, singulis diebus dominicis et festivis inter missarum solempnia presente populo accensis pariter extinctis candelis pulsatisque campanis solempniter publicetis, si-

f. 13<sup>v</sup>

gnificantes eiusdem, quod si eos adhuc extunc, quod absit, in pretractis sentenciis vilescere contigerit animis induratis, nos procul dubio ecclesiam et ecclesias, cuius et quarum sunt subditi, ac loca, ad que devenierint, in quibus fuerint moram taxerint<sup>b)</sup> aut domicilium habuerint, subiciemus ecclesiastico interdicto. Datum Curie anno domini etc. kln. etc. ind. etc.

a) e ohne Kürzungszeichen F. – b) F, statt traxerint.

### [113] Sequitur alia

Johannes etc. decanus<sup>1</sup> ecclesie etc. iudex ab honorabili domino preposito iamdicte ecclesie etc. iudice ad causam et inter partes subscriptas a sede apostolica unico delegato subdelegatus plebano t. ceterisque etc. et mandatis nostris ymo verius firmiter obedire. Vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena, quam canonica trium dierum monitione previa ferimus in rebelles,

f. 14<sup>r</sup> districte precipiendo mandamus, quatinus omnes et singulos debitores censum decimarum aniversariorum mortuariorum<sup>a)</sup> legatorum servicorum ac aliorum iurum, quocumque quibuscumque nominibus censantur<sup>b)</sup>, honorabilibus in Christo dominis abbatii et conventui monasterii Fabariensis<sup>2</sup> ordinis sancti Benedicti Curiensis dyocesis debitorum, prout vobis singulis sunt subditi et per t. dictum etc. procuratorem dictorum dominorum vel illius nuncium vobis aut cuicunque vestrum nominati fuerint, monetis, quos et nos presentibus ammonemus, ut ipsi et eorum quilibet prescriptis dominis aut eorum prefato procuratori de censibus decimis aniversariis legatis serviciis ac iuribus aliis singuli ut tenentur satisfaciant intra monitioni vestre proximos octo dies integraliter cum effectu, alioquin ipsos omnes et singulos per vos aut quemcumque vestrum nominatim monitos, qui nostris presentibus contepserint obedire mandatis, quos extunc pro huiusmodi contumacia excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis ipsosque et eorum quemlibet, quos huiusmodi sentenciis contigerit innodari, pro excommunicato seu excommunicatis tenetis et vittetis ac omnibus aliis sic haberi et vitari mandetis, quousque vobis ipsorum absolutione per nostras litteras constiterit evidenter. Datum etc.

a) motu aiorum ohne Kürzungszeichen F. – b) Es folgt überflüssiges A.

---

[113]<sup>1</sup> Wohl Johannes v. Puntstrils, 1381–1384 Domdekan, vgl. HS I / I, S. 549. – <sup>2</sup> Benediktinerkloster Pfäfers, Bez. Sargans SG.

### [114] Ammonio

Iudex ecclesie etc. salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus moneatis A. etc., quem et nos presentibus ammonemus, ut ipsi honor(abili) etc. B. etc. de quodam libro, in quo est scripta histori(a) etc. eidem A. per dictum dominum B. concesso intra vestre monicioni proximos octo dies satisfaciat integraliter cum effectu vel saltem medio tempore coram nobis etc. compareat et causam racionabilem, si quam possit, assignet, quare ad predicta minime teneatur, alioquin ipsum, quod exnunc prout extunc pro huiusmodi contumacia a suis suspendimus officiis divinorum, et sic suspensum publicetis. Datum etc.

### [115] Alia ammonio

Iudex etc. Mandamus vobis, quatinus moneatis C. civem etc., quem et nos presentibus ammonemus, ut ipse nobis D. etc. de duobus florenis Curiensis estimacionis nobis per eum dari debitis et dari neglectis intra vestre monicioni proximos octo dies satisfaciat cum effectu, alioquin ipsum C., quem exnunc prout extunc etc. Datum etc.

### [116] Ammonio contra plebanum

Iudex ecclesie etc. plebano salutem in domino. Monemus te, quatinus nobis de 6 florenis aureis legalibus nobis dare promissis intra proximos octo dies a data presencium comparandos satisfacias cum effectu, alioquin te exnunc prout extunc pro huiusmodi contumacia a tuis officiis divinorum suspendimus presencium per tenorem. Datum etc.

### [117] Alia ammonio

Iudex etc. plebano etc. salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus moneatis B. C. aliasque subditos ecclesie etc. omnes et singulos, si et prout nobis nominati fuerint, quos et nos presentibus, ut ipsi discreto viro D. de pre(stan)da sibi debita et ibidem

apud eos deservita et per eos ei solvi promissa et expediri neglecta intra proximos 5 dies a data presencium computandos satisfaciant cum effectu, alioquin ipsos nominatim monitos, quos extunc, si rei veritas suffragatur, excommunicamus, excommunicare eos publice nuncietis, significantes eisdem, quod nisi ipsi nostris prescriptis mandatis obedierint, nos ecclesi-

f. 14<sup>v</sup>

am et ecclesias, cuius sunt subditi et ad quarum parrochias devenerit eorum exigente contumacia subiciemus ecclesiastico interdicto. Datum etc.

[118] Ammonio

Iudex ecclesie etc. plebanis salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus relictam olim A. alias nominatam etc. viduam moneatis, quam et nos presentibus ammonemus, ut ipsa honorabili domino B.<sup>a)</sup> custodi ecclesie Curiensis de censu ad usum candelarum nomine custodie pertinente intra vestre monicioni proximos octo dies satisfaciat cum effectu vel saltem medio tempore coram nobis in choro ecclesie Curiensis compareat et causam rationabilem assignet, si quam potest, quare ad predicta minime teneatur, alioquin ipsam, quam exnunc etc.

a) Vorname B. fingiert.

[119] Ammonio contra nobilem

Johannes etc. dei apostolice sedis gracia episcopus<sup>1</sup> etc. decano et confratribus decanatus supra Siluam<sup>2</sup> etc. ceterisque salutem in domino. Licet nos dudum sentencias excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis eciam usque ad prolacionem ecclesiastici interdicti pridem per reverendum in Christo patrem ac dominum Fri(dericum) etc. tunc Curiensem<sup>3</sup> episcopum antecessorem nostrum in et contra nobilem A. natam de etc. relictam olim nobilis B. de etc. servatis servandis rite et legitime literaliter promulgatas pro eo et ex eo, quod ipsa res et bona per quondam nobilem C. de etc. eius fratrem absque liberis de se procreatibus ab hac luce sublatum relictas et relictas ac ex certis causis ibidem expressis ad nos et dictam nostram ecclesiam devoluta ac eciam devoluta minus iuste et indebite occupar(et), prout hec et alia in dictis litteris plenius continentur, quasquidem res et bona dicta nobilis A. non minus adhec hodie contra deum et iusticiam detinet et occupat indebite ac de facto, a<sup>a)</sup> studiosas preces eiusdem nobilis A. sub spem pacis et amicabilis compositionis duxerimus relaxandas. Quia tamen in premissis, quod impacienter sustinemus, amicabilis compositione minime intervenit, vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiiti, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam canonica trium dierum monitione previa ferimus in rebelles, districte pre-

---

[119]<sup>1</sup> Bischof Johannes II. Ministri, 1376–1388, vgl. HS I / I, S. 485. – <sup>2</sup> Dekanat Surselva – <sup>3</sup> Bischof Friedrich v. Erdingen, 1368–1376, vgl. HS I / I, S. 485.

cipiendo mandamus, quatinus alter alterum non expectans nec alter pro altero se excusans prescriptam nobilem A. moneatis, quam et nos presentibus immonemus, ut ipsa saltem adhuc hinc usque ad et diem proximum affuturum pretactam amicabilem compositionem inter eam et nos nomine ecclesie nostre Curiensis predicte actualiter perfici ordinet et procuret, alioquin ipsam nobilem A., quam extunc in pristinas sentencias in pretactis litteris explicatas retrudimus hiis in scriptis, sic intrusam vestris in cancellis singulis diebus dominicis et festivis publice nuncietis dictum et ecclesiasticum interdictum cum omnibus et singulis suis clausulis fideliter observetis, cessantes et cessari facientes in presencia nobilis A. prescripte ac in locis, in quibus ipsa fuerit moram traxerit aut dominum vel domicel-<sup>b)</sup> lum habuerit, necnon post eius exinde recessum per tres dies proximos et continuos apertis ianuis a divinis hec quoque servantes et servari facientes, prout dicti iuris et nostram evadere volueritis relacionem<sup>c)</sup>. Datum Curie sub sigillo nostro episcopali anno domini etc. kln. etc. Reddide presentes nostras litteras vestris aut alterque vestrum sigillis vel signis signatas in signum presentis nostri exuti mandati sub pena predicta etc.

a) *F*, statt ad. – b) *F*, vielleicht verschrieben statt domum vel domicilium. – c) *F*, statt ulcionem.

f. 15<sup>r</sup>

### [120] Sequitur alia ammonicio

Iudex ecclesie Curiensis plebano etc. salutem in domino. Quia G. et nonnulli alii eorum in hac parte consortes, qui pisces anni census reverendo etc. dudum debitos pluribus annorum ciclis solvere neglexerunt et adhuc expedire negligunt amicabiliter ac eciam iudicialiter sepius requisiti sentencias excommunicacionis in se dudum latas a nobis pro contumacia per formam ammonicionis nostre ad instanciam procuratorum domini nostri episcopi prescripti temere vilipendunt, vobis mandamus, quatinus uxorem etc., quos propter hoc ecclesiastico subicimus interdicto, huic denuncietis publice subiacere, inhibentes nichilominus vestris subditis, nequis eisdem communione cibo potu furno etc., vobis quoque et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, in virtute sancte obedientie et sub excommunicacionis pena, quam canonica trium dierum monitione previa fuerimus in cancellis<sup>a)</sup>, districte precipimus iniungentes, ut sic prescriptos excommunicatos, ut prefertur, eorum exigente contumacia agravatos in pretactis sentenciis post 15 dies proximos a data presencium computandos sordescerre contigerit, quod absit, animis induratis, vos et quilibet vestrum extunc prescriptas sentencias omnes et singulas singulis diebus dominicis et festi-

vis inter missarum solempnia vestris in cancellis presente populo accensis pariter et extinctis candelis pulsatisque campanis publicetis, significantes eisdem, quod nisi prescripti excommunicati se intra prescriptum terminum a dictis sentenciis absolvi procuraverint et domino nostro episcopo supradicto de piscibus satisfecerint antedictis aut coram nobis causam rationabilem, quare ad predicta minime teneantur, asignaverint, nos contra eos per graviores iuris penas videlicet ecclesiastici interdicti et alias procul dubio procedemus, hoc servantes et servari facientes, prout dei et iuris evadere volueritis ulcionem. Datum Curie anno etc. gradus etc. ind. etc. Litteras quoque nostras presentes sigillis vel signis vestris aut alterius vestrum signatas in signum presentis nostri excuti mandati reddere non tardetis sub pena predicta. Datum etc.

a) *F, statt* ferimus in rebelles.

### [121] Ammonio

Iudex ecclesie Curiensis plebano etc. ceterisque, ad quos etc., salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus moneatis omnes et singulos possessores vobis nominandos bonorum immobilium relictorum olim a dicto t., quos et nos presentibus ammonemus, ut ipsi intra vestre monicionis proximos 15 dies plebano ecclesie in Sigānis<sup>1</sup> de aniversariis et aliis animarum remediis eisdem bonis ascriptis satisfaciant integre cum effectu vel<sup>a)</sup> saltim in eo tempore coram nobis causam rationabilem, si quam possunt, quare ad predicta minime non teneantur, in choro Curiensi assignent, alioquin ipsos et ipsorum quemlibet exnunc prout extunc et extunc prout exnunc excommunicamus, sic excommunicatos etc.

a) vel *auf neuer Zeile irrt. wiederholt F.*

f. 15<sup>v</sup>

### [122] Amonio

Iudex ecclesie Curiensis plebano etc. ceterisque salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus sub pena excommunicacionis, quatinus A. et B. amoneatis, quos et nos presentibus ammonemus, ut ipsi nobis de iuribus nostris notarie debitibus infra vestre amonicionis proximos octo dies satisfaciant realiter cum effectu, alioquin ipsos, quos extunc propter hoc excommunicamus, sic excommunicatos publice nuncietis, et si in dictis sentenciis ad octo dies sorduerint, precipimus vobis sub pena predicta, ut extunc in

---

[121]<sup>1</sup> *Sagogn, Kr. Ilanz.*

ecclesiis vestris, ubi sunt subditi, servetis ecclesiasticum interdictum cessant(es) apertis ianuis a divinis tamdiu, quousque vobis de eorum absolutione per nostras constiterit evidenter. Datum.

### [123] Ammonicio

Officialis etc. prebendariis etc. ceterisque salutem in domino. Mandamus etc., quatinus Joh. Maijer et Bridam Saltzerin eius concubinam moneatis, quem et quam nos per presentis amonemus, ut ipsi intra vestre monicionis proximos tres dies a publicatione harum litterarum computandas ab invicem discedant et in antea simul non chohabitent, alioquin si mandatis nostris non obediverint, ipsum et ipsam, quem et quam extunc prout ex-nunc in hiis scriptis per presentes excommunicamus, sic excommunicatum et excommunicatam publice nuncietis. Datum.

### [124] Recognicio

H. etc. decanus<sup>1</sup> etc. presencium inspectoribus universis certam noticiam cum salute. Coram nobis anno etc. feria t. etc. honorabilis dominus magister G. canonicus etc. in figura iudicii fatebatur se dedisse et ibidem coram nobis dedit provido viro H. etc. simplici donacione non vi coactus nec dolo circumventus sed libere et sponte unum plaustrum vini sibi ratione prebende sue ecclesie Curiensis etc. anno presenti per ministrum honorabilem dominorum canonicorum Curiensium in Velk(irch)<sup>2</sup> in festo sancti Galli etc. debitum expediri dolo et fraude semotis, ita videlicet quod dictus H. idem vinum recipere debet in usus suos proprios convertere ac eo uti tamquam re sua propria dolo et fraude finaliter semotis. Datum etc.

### [125] Confessat(um)

Iudex etc. Constituti coram nobis anno domini M<sup>o</sup> etc. feria t. etc. A. B. C. D. et E. in figura iudicii publice fatebantur se iusta ratione prehabita notorie ad solvendum teneri honorabili domino magistro F. 10 s. d. Const(anciens) monete, quosquidem 10 s. d. predictorum prefati A. B. C. D. et E. seu ipsorum heredes ipsis premortuis prefati magistro Heljer scilicet F. suisque heredibus eo predefuncto tali modo dari et integraliter expedire promiserunt ab hinc usque ad festum etc. proximo affuturum, videlicet si

---

[124] <sup>1</sup> Heinrich Huber, 1424–1426 Domdekan, oder Hermann Bürser, 1426–1453 Domdekan, vgl. HS I / 1, S. 550f. – <sup>2</sup> Feldkirch, Vorarlberg.

predictus A. debitor principalis predicti debiti de supradictis 10 s. d. prefato F. usque ad predictum terminum non satisfecerit integre cum effectu, quod extunc prescripti B. C. D. et E. dictum debitum quilibet iuxta ratam eum concernentem expediant indilate integraliter in toto. Datum etc.

f. 16<sup>r</sup>

[126] Sequitur alia bona

Iudex ecclesie etc. Constituti coram nobis anno domini etc. in die beati etc. hora v(e)sperarum providus vir dominus etc. cappellanus altaris sancti etc. in dicta Curiensi ecclesie situati voluntarie et publice in figura iudicii se ipsum constituit atque fecit condebitorem dominum H. rectorem parochialis ecclesie in etc. in et super debito duodecim florenorum X s. denariorum pro floreno computandorum, quos iam dictus dominus H. debitor principalis solvere et expedire tenetur honorabili et perito viro magistro etc. sol(ucion)em confessati desuper dudum confecti et pro celeriori expeditione dicti debiti conse(quen)da dictus condebito illico stipulans equum suum rubei coloris dicto creditori pro dicto debito nomine sui et prefati debitoris principalis coram nobis iudicialiter in pignus tradidit et assignavit, hoc nempe adiecto in casu, quo dictus H. supra tactum debitum cum excrescentibus deprevis et expensis integraliter in toto abhinc usque ad festum etc. predicto magistro etc. non solverit nec satisfecerit de eisdem, quod extunc absque mora prefatus creditor inmediate quando voluerit dictum equum destracciōni publice in civitate Curiensi iuxta consuetudinem distrahendi dicti<sup>a)</sup> civitatis exponere valeat atque vendere possit. Quo equo seu altero equivalenti pignore subrogato, si...<sup>b)</sup> dictum equum seu mori contingerit, sic distracto, suprafatus condebito aliud pignus inmediate destracciōni exponendum prefato creditori sine dilacione teneatur asignare, et sic deinceps pignora distrahenda pignoribus intermisso accumulando et desuper gwarandiando, quosque prefatus magister de suprascriptis 12 florenis et expensis supra excrescentibus et pronunc ex certis integre fuerit solutus et de eisdem expeditus, renunciavit quoque prefatus condebito una cum dicto debitori principali omni iuris et consuetudinis privilegio auxilio ope et except(ion)e ipsos ab huiusmodi obligacione seu paccione defendantē seu relevante de facto seu de iure ab ipso confessato prememorato, donec prescriptum debitum plene fuerit persolutum, nichilominus in suo robore duraturo. Datum et actum Curie anno mense die etc.

a) *F*, statt dicte. – b) *Wohl verschrieben für ein Verb im Passiv.*

### [127] Confessat(um)

Iudex ecclesie etc. Constituti coram nobis anno domini M<sup>o</sup> etc. in die sancti etc. A. et B. dicti etc. fratres in figura iudicii publice fatebantur iusta rationacione prehabita notarie et insolidum ad solvendum teneri hora etc. XX s. denariorum Constanciensis monete, quosquidem XX s. denariorum predictorum prefati A. et B. seu ipsorum heredes ipsis premortuis predicto magistro etc. suisque heredibus eo predefuncto dare solvere et integraliter expedire promiserunt abhinc usque ad octavas vesti pasce proxime venture sub pena excommunicacionis in se sponte subscripta<sup>a)</sup>. Datum etc.

a) *F, statt suscepta.*

### [128] Alia recongnicio obligatoria rerum

Iudex etc. universis presencium inspectoribus certam noticiam subscriptorum presentibus innotesimus, quod constitutus coram nobis anno domini etc. feria 5<sup>a</sup> in figura iudicii publice fatebatur se tali nuncio peticionis sancti Anthonii<sup>1</sup> ex causis rationabilibus nomine peticionis eiusdem teneri et obligatum esse in XV flor. veri auri iusti ponderis et cudis legalis, quosquidem XV florenos eidem nuncio vel eius successori<sup>a)</sup> in peticione prescripta hinc ad t. diem dare et integraliter expedire promisit subiciens omnes res et bona sua securitacione satisfaccionis debiti prememorati nuncio peticionis prescripte. Datum et actum etc.

f. 16<sup>v</sup>

a) *Auf dem unteren Rand von f. 16<sup>r</sup> in gleicher Schrift wie das Formular unten auf f. 35<sup>v</sup> und unten und am rechten Rand von f. 36<sup>r</sup> ein Paduaner Formular für einen Darlehensvertrag (mutui).*

### [129] Preceptum

Iudex ecclesie Curiensis etc. tibi Hodie videlicet feria t. coram nobis in figura iudicii confitenti te absolvendum teneri ratione panni tibi venditi in 4<sup>or</sup> et dimidio florenis veri auri iusti ponderis et cudis legalis ac tribus solidis denariorum Const(anciensis ) monete iam dicto t. et per nos iuri adiudicatis precipimus, quatinus eidem t. diem t. proximam proxime affuturum de prescriptis 4<sup>or</sup> cum dimidio florenis ac tribus solidis satisfacias cum effectu sub pena suspensionis a tuis officiis divinorum, quam presentibus, si premissa neglexeris, adimplere ferimus per presentes. Datum etc.

---

[128]<sup>1</sup> Terminierer der Antoniter.

### [130] Arrestacio

Iudex ecclesie etc. plebano etc. Mandamus vobis, quatinus omnes res et bona A., ubicumque et apud homines quoscumque vobis indicare vel indicata fuerint, arrestetis et sub arresta servari mandetis, quas et que eciam nos presentibus arrestamus, quoisque de eisdem t. fiat iustitie complementum. Datum etc.

### [131] Recognicio

Iudex ecclesie etc. Constitutus coram nobis anno domini etc. die mensis etc. discretus vir A. plebanus ecclesie etc. in figura iudicii publice fatebatur se ratione duarum seumarum vini Clauenne<sup>1</sup> providi viri B. etc. recepti ab C. etc. teneri et obligatum esse circumspecto viro D. civi Curiensi IX florenos boni auri iusti ponderis et cudis legalis vel 3<sup>ta</sup> sex libras metzanorum promisit idem n. A. predictam peccuniam prefato D. vel eius heredibus ipso premortuo solvere et expedire integraliter usque ad feriam 4<sup>am</sup> proximam ante festum etc. proxime affuturum sub pena suspensionis a suis officiis divinorum in se sponte suscepta. Datum etc.

### [132] Recognicio pro caucione

N. etc. decanus ecclesie Curiensis etc. Constitutus coram nobis anno die mense et loco talibus etc. honorabilis in Christo A. iudicii in figura fatebatur publice et racionacione precedente se ad solvendum teneri preposito B. X libras denariorum Const(anciensis) monete, quas quidem decem libras denariorum prefatorum idem A. seu ipsius heredes eo premortuo predicto B. suisque heredibus eo predefuncto abhinc usque ad diem C. proximo venturum dare et integraliter expedire promisit, et ut dominus B. predictus cercius cercioretur, prefatus A. omnes et singulos fructus seu proventus sue prebende ecclesie Curiensis in proximo festo sancti Galli etc. inter canonicos distribuendos presentibus dat atque tradit eatenus, quoisque dicto B. suis seu heredibus de predicta summa

f. 17<sup>r</sup>  
satisfiet in effectu, si vero quod absit ipsum A. tolli contingerit de medio dicta solucione in completa est conventum, ut fructus prebende anni gracie dicti A. prefatum B. respiciant ad plenam solutacionem sume preexpressate, ut premissa firma gadeant<sup>a)</sup> stabilitate, sigilla prefati dacani<sup>b)</sup> et prescripti A. presentibus sibi invicem sunt coapensa. Datum etc.

---

[131] <sup>1</sup> Chiavenna, ital. Prov. Sondrio.

a) *F*, statt gaudeant. – b) *F*, statt decani.

### [133] Quittacio

Nos N. etc. dei gracia episcopus etc. fatemur per presentes, quod providus et discretus A. nostre dyocesis nobis de decem florenis bonis et legalibus loco et vice primarum fructuum nobis de eadem ecclesia debitorum plenarie satisfecit, unde ipsum A. de dictis primariis fructibus tenore presencium absolvimus et quittamus sigillo nostro mun(ivimus) in testimonium super eo. Actum et datum etc.

### [134] Quittacio bona

Universis quittacionem presentem intuentibus pateat ex tenore me A. canonicum ecclesie etc. recipisse 3 libras cum dimidia denariorum Const(anciensium) a discreto viro B. scolare, quasquidem 3 libras cum dimidia denariorum prefatorum prelibatus B. obligabatur olim de oppidanum et quod debitum ad me A. etc. prescriptum nomine materne sucessoris dinoscitur pertinere. In cuius rei testimonium sigillum meum proprium presentibus apposui subinpressum. Datum Curie etc.

### [135]

Johannes<sup>1</sup> etc. notum facimus per presentes, prout venerabilis et dilecta nobis abbatissa cenobii in Schennis<sup>2</sup> nostre dyocesis nobis pro primariis fructibus solvere et expedire centum et L. florenos R(enenses) boni auri et cudis legalis, que dicta abbatissa nobis in solucione premissorum satisfecit de centum florenis prescripte estimacionis, de quibus C florenis dictam dominam .. abbatissam et eius cenobium reddimus per presentes liberas quittatas et absolutas salvis iuribus nostris in 50<sup>a</sup> florenis R(enensibus) nobis adhuc exstantibus insolitis. In quo vero testimonio presentes litteras fecimus roborari sigillo officiatus ecclesie nostre Curiensis a tergo appenso, cum penes nos sigillum nostrum pronunc non habemus. Datum etc.

---

[135] <sup>1</sup> Bischof Johannes, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Kanonissenstift Schänis, Bez. Gaster SG.

[136]

Nos Johannes<sup>1</sup> etc. recongnoscimus per presentes, quod potestas et communitas vallis nostre Pusclafi<sup>2</sup> et Brūsch<sup>3</sup> solverunt et tradiderunt nobis centum florenos ratione anni census, quos tenebantur solvere et expedire super festo sancti Martini proximo transacto de anno domini 1428, de quibus centum florenis nos potestatem et communitatem predictos auctoritate presencium reddimus quitto et solutos de predictis C florenis. In cuius rei testimonium etc.

[137] Recognicio cum obligacione

Hermannus Bürser<sup>1</sup> licenciatus in decretis etc. ad omnium et singulorum presencium per tenorem deducimus noticiam, quod constitutus coram nobis iudicii in figura honorabilis vir dominus A. canonicus ecclesie Curiensis predicte publice fatebatur se notorie ad solvendum teneri et absolutum ligatum esse domino B. altar(iste) etc. in duodecim florenis bonis et legalibus in auro et pondere ac in 6 solidis denariorum Const(anciensum) Cur(iensium)

f. 17<sup>v</sup>

nove monete sibi per ipsum dominum B. in prompto ob suarum precum instanciam pro incumbendis suis necessitatibus mutuatis, pro quibusquidem XVII florenis et VI solidis denariorum ipse dominus A. dicto domino B. adpresens dat tradit et assignat omnes singulos fructus prebende sue canonicalis in Velk(irch)<sup>2</sup> anno domini etc. et autumpno proxime venturis, si provenientes et tradentes sub talibus pacto et condicione, videlicet quod ipse dominus B. seu sui heredes eosdem fructus usque ad festum beati Andree proximo venturum nequaquam distrahere seu alienare debent et in eventum, quo ipse dictus A. dictos duodecim florenos R(enenses) bonos et legales in auro et pondere ac VI solidos denariorum usque ad predictum festum beati Andree solverit et satisfecerit plenarie de eisdem, tunc eosdem fructus sub<sup>a)</sup> prebende libere absque ipsius domini B. contradiccione apprehendere et recipere potest, sin autem eosdem XVII florenos et VI solidos denariorum usque ad prescriptum vestum beati Andree proxime venturum dicto domino B. aut sui heredes eosdem fructus omnes et singulos apprehendere ac inbursare necnon pro suarum voluntatum libito in usus

---

[136] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Poschiavo, Gem. u. Kr. – <sup>3</sup> Brusio, Gem. u. Kr.

[137] <sup>1</sup> Hermann Bürser, 1426–1453 Domdekan, 1433 geistlicher Richter, vgl. HS I / 1, S. 551. – <sup>2</sup> Feldkirch, Vorarlberg.

suos convertere possunt et debent pro huiusmodi et tali summe quantitate, prout tunc pro promta peccunia monitus per alios dominos canonicos venditur et distrahat dolo et fraude in hiis penitus semotis, in casu autem quo fructus prebende sue in Veltk(irch) proximo venturi se non possent extenderet ad summam dictorum XVII florenorum et VI solidorum denariorum, tunc conventum est per dictos contrahentes, quo pro residuo debito ipse dominus B. aut sui heredes de fructibus prebende dicti domini A. in Chur sibi provenientibus recipere debent et possunt tantum quam sibi restant, eciam prout communiter pro peccunia prompta sit fructuum prebendarum empicio et vendicio absque ipsius domini A. impedimento et contradicione. Datum Curie etc.

a) *F, wohl statt sue.*

### [138] Recognitio

Iudex etc. presencium etc. Constitutus coram nobis anno etc. die etc. hora etc. A. de etc. iudicii in figura publice fatebatur pro se et fratri suo B. ac matre sua C. insolidum teneri et obligatum esse ex certis causis 6 florenos computando 15 libras bonos<sup>a)</sup> pro floreno et 4<sup>or</sup> solidos denariorum ratione latarum litterarum ac etiam 14 denarios pro confessato, quamquidem peccuniam subscripta(m) prefatus A. pro se et fratri suo B. et matre sua et ipsorum heredibus ipsis premortis predicto 6 florenos suisque heredibus eo predefuncto dare solvere et insolidum expedire promiserunt hinc usque ad festum santi Johannis Baptiste proxime venturum, et in casu, quo non facerent, tunc ipse 6 florenos potest eos convenire in iudicio spirituali et non debet declinari for(um), et si fratri predicti A. et mater eorum non essent contenti neque satisfaciunt, tunc ipse A. debet dictum debitum in toto solvere et expedire et super hoc alii non sunt soluti usque ad satisfaccionem. Datum etc.

a) *F, statt bonas.*

### [139] Arrestacio bona

Iudex ecclesie Curiensis plebano ecclesie etc. ceterisque, ad quorum noticiam presentes pervenerint, salutem in domino et mandatis nostris firmiter obedire. Vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam trium dierum canonica monitione premissa tenore presencium

f. 18<sup>r</sup>

ferimus in rebelles districte precipiendo mandamus, quatinus omnes et omnia res et bona mobilia et inmobilia Johannis<sup>1</sup> etc. pridem petitoris sancti etc. Curiensis dyocesis ubicumque et apud homines quoscumque vobis indicate seu indicata fuerint et specialiter CC libras hallensium etc. vel citra apud M. etc. opidanos etc. et veros debitores prescripti Johannis etc. creditoris in summis prelibatis arrestatis et sub arresta firmitis<sup>a)</sup>, prout iuris indaginem voluit evitare, servari mandetis, quas et que res et bona et specialiter preexpressatas sumas hallencium etc. debitorum eciam nos presentium per vigorem arrestamus, quoisque discrete domine N. etc. de eisdem ac de causa predictam N. etc. contra dictum Johannem etc. coram nobis dudum ventilata fiat decisio canonica et plene iusticie complementum. Datum etc. anno kln. etc. ind. etc. presentem quoque arrestacionem signis aut sigillis vestris aut alterius vestrum reddite signatum in signum execucionis sub pena predicta etc.

a) *F. statt firmatis.*

#### [140] Arrestacio

Iudex ecclesie etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Quia Spronella de etc. dudum res citata ad instanciam honorabilis et periti viri magistri etc. canonici dicti<sup>a)</sup> ecclesie Curiensis contumacicer iuri parere recusans locum et dyocesim, ut didicimus, mutare intendit, quapropter vobis mandamus, quatinus omnes et singulas res et bona necnon debita, quibuscumque vobis indicate seu indicata fuerint, ipsius dicte Spronelle arrestetis in arresta servari mandetis, que et quas nos iudicialiter presentibus arrestamus, quoisque suprafato domino Helyer de eisdem fiat iusticie complementum. Datum etc.

a) *F.*

#### [141] Arrestacio

Iudex ecclesie Curiensis plebanis seu viceplebanis ecclesiarum in tali loco et specialiter primissario oppidi in Bludencz<sup>1</sup> ceterisque salutem in domino. Vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, firmiter precipimus et mandamus, quatinus omnes et existant per discretum virum olim dominum Jo. sacerdotem plebanum ecclesie in etc. novissimum nuper de hac luce migrantem relicte seu reicta, ubicumque et apud incommutabiliter

---

[139] <sup>1</sup> Johann Helbrunner, Terminierer der Antoniter für das Bistum Chur.

[141] <sup>1</sup> Bludenz, Vorarlberg.

servari et custodiri mandetis, quas et que eciam nos ad instanciam et specialem invocationem spectabilis et venerabilis domini domini Rūdolfi comitis de Wārdenberg de Sangans prepositi dicte Curiensis<sup>2</sup> ecclesie patroni prefati ecclesie parochialis in Bludencz presentibus specialiter arrestamus, quousque de eisdem prememorato domino patrono ratione iuris patronatus de rebus et bonis superstitibus et per dictum olim dominum Johannem relicitis et intuitu dicte ecclesie in Bludencz acquisitis secundum canonicam porcionis dispositionem et ordinacionem fiat iusticie complementum. Datum etc.

### [142] Arrestatio

Johannes<sup>1</sup> dei gracia etc. dilectis nobis plebanis ecclesiarum in Genins<sup>2</sup> et in Malans<sup>3</sup> salutem in domino sempiternam. Vobis in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus accedentes, quo propterea fuerit accedendum, subditis parochialis ecclesie in Genins vice et auctoritate nostra precipiatis sub pena excommunicacionis late sentencie omnes fructus decimarum, quos hucusque sine contradictione alicuius solvere conserverunt<sup>a)</sup> parochiali ecclesie in Genins sibi retineant et nulli omnino hominum solvant sed eos fideliter tamquam in arresta conservent, donec et tam diu, quousque ipsis intimabimus, cui de iusticia debeantur. Datum.

f. 18<sup>v</sup>

a) *F*, statt consueverunt.

### [143] Arrestacio

Johannes dei etc. vobis domino decano plebano in Salux<sup>1</sup> mandamus sub pena etc., quatinus mox visis presentibus arrestetis omnes census spectantes ad curias nostras, que prius responderunt domino Dietegano de censibus, quod amplius respondeant sibi eciam de anno presenti sub pena excommunicacionis late sentencie, quousque constiterit nobis, quo iure dictos census recipiat in Salux, Alueschān<sup>2</sup> et alibi, cum dicte curie nostre sunt et nullius alterius nec sibi in aliquo dictas curias credimus obligatas, et si fuissent prius in aliquo obligate, tamen iusticia mediante sunt ad nos amplius devolute etc. Relaxio. Item relaxamus interdictum in ecclesiis vestris

[141] <sup>2</sup> Rudolf v. Werdenberg-Sargans, 1380–1433 Dompropst, vgl. HS I / 1, S. 539.

[142] <sup>1</sup> Bischof Johannes, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Jenins, Kr. Maienfeld. – <sup>3</sup> Malans, ebd.

[143] <sup>1</sup> Salouf, Kr. Surses. – <sup>2</sup> Alvaschein, Gem. u. Kr.

occasione dicti Metzelana ad instanciam Joh. Ort<sup>3</sup> abhinc usque ad festum sancti Galli etc. Datum.

[144] Inhibitio rerum arresta(ta)rum alienat(ionis)

Iudex etc. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quia dudum arrestavimus omnia bona mobilia et immobilia H. Kesslers ex parte Lucie uxoris sue, ut in arresta conservata remaneant, donec et tam diu, quounque ipsa sufficialiter per eius maritum assecuretur, quod dos eius et res, que ad maritum apportavit, sibi salva existant, inhibemus omnibus hominibus utriusque sexus clericis et laycis et ipsos avisamus, ne vineam dicti H. K., que est sita extra inferiorem portam civitatis Curie emat aut pro cumque debito in pignus recipient, quare declaravimus, ut iuris est, quod omnia bona viri sunt mulieri pro dote obligata, si igitur aliquid contra hoc atte(m)ptatum fuerit, viribus non subsistit. Datum etc.

[145]

Iudex etc. Quia dudum arrestavimus et in arresta servari fecimus omnia bona mobilia et inmobilia H. K. donec et tam diu, quounque Lucia uxor sua legitima de dote et rebus, quas ad ipsum apportavit, assecuraretur, ei dominus Hertwicus decanus fassus est se habere de rebus dicti H. K. unum lectum in pignus, declaravimus, quod idem dominus Hertwicus debet dare prefate Lucia ad redimendum dictum lectum pro peccunia obligata, sic tamen quod predicta Lucia dare debet fideiussoriam caucionem de indemnitate reddenda pretactum dominum Hertwicum, si et in quantum lectus ab eo per iusticiam evictus fuerit, prout eciam dicta Lucia Vlr. Belczer sororium eius in fideiussorem constituit. Datum etc.

[146] Declinacio fori

Coram vobis honorabili domino iudice ecclesie Curiensis in causa mota inter A. ex una et B. reum parte ex altera pro parte dictarum reorum instanter petitur, quatinus causam et partes predictas remittatis, sicuti eciam facere debetis de iure ad eorum iudicem secularem eis competentem, cum dicte partes et causa sint prophane et civiles et actor sequi debeat forum ipsius rei. Datum etc.

---

[143] <sup>3</sup> Vielleicht der am 4. Mai 1424 (Or. BAC) u. am 30. April 1433 (GemA Maienfeld, 13) bezeugte Hans Ort.

Iudex ecclesie etc. In causa mota coram nobis inter A. ex una et B. ex parte altera propositis ex parte dictorum reorum quibusdam excepcionibus declinatoriis potentibus se remitti ad suum competentem iudicem secularem assignata ratione, quod partes hinc inde sint laycales et tamen prophana, factisque replicantibus<sup>a)</sup> ad easdem postulacionibus et in invenientibus cognicionem dicte cause robore remanere debere ex eo, quod dicte actrices sint persone miserabiles orphane et pupille, nos hincinde propositis diligentius prospectis interloquendo pronunciamus cognicionem dicte cause ex preallegata causa coram nobis remanere debere perflingentes<sup>b)</sup> dictis partibus terminum videlicet feriam t. proximam hora prime ad contestandum item aliasque ad procedendum in dicta causa iusticia mediante. Datum.

a) *F.* – b) *F.* statt prefinientes.

Iudex ecclesie Curiensis. In causa mota coram nobis inter religiosum virum fratrem Jo. Spanger<sup>1</sup> conventualem monasterii in Churwald<sup>2</sup> et Marg. chonthonalem legitimam Johannis Satler<sup>3</sup> civis Curiensis actorem ex (u)na<sup>a)</sup> et Jacobum, Vlr. et Johannem Verit<sup>b)</sup> fratres et Mengam relictam quondam Hainr. Gerster<sup>4</sup> reos parte ex altera porrecto in dicta causa libello secutisque excepcionibus contra libellum super eo, quod eidem libello respondendum non sit propter sui ineptitudinem. Nos vero considerantes in iure esse liquidum, quod statim postquam quis factus est monachus, omnium suorum bonorum dominium et possessionem transfert in monasterium, sicut ipse habebat, quod quare omnia qui acquerit monasterio querit, cumque dictus frater Jo. proprio nomine agit et proprium habere non potest, idcirco matura deliberacione prehabita interloquendo pronunciamus prefato libello propter sui ineptitudinem mu...dum<sup>c)</sup> minime fore condempnantes propterea partem actricem in expensas, quarum taxacionem nobis in posterum reservamus. Datum etc.

---

[148] <sup>1</sup> Johann Spanier, 1444 Propst der Prämonstratenserpropstei St. Jakob in Klosters, Gem. u. Kr., 1450–1453 Propst, 1453–1470 Abt des Prämonstratenserklosters St. Luzi in Chur, vgl. HS IV / 3, S. 342f., 251f. – <sup>2</sup> Prämonstratenserkloster Churwalden, Gem. u. Kr. – <sup>3</sup> Johann Sattler, Churer Bürger, u. Gemahlin Margareta Gatzettin, von 1431 (StadtA Chur 1.12) bis 1454 (ib. 28.10) bezeugt. – <sup>4</sup> Heinrich Gerster, vgl. [47], Anm. 3, der jüngere, 1418–1419 Kanzler, 1442 (BAC, Cart. A, f. 234) als verstorben erwähnt.

a) exna F. – b) Vit mit er-Kürzungszeichen F. – c) F, wohl verschrieben für respondendum (rn<sup>dum</sup>).

### [149] Recessus

Iudex ecclesie Curiensis. In causa, que vertitur seu verti speratur inter Dysch Rigetti civem Curiensem ex una et Caspar(em) Galett de etc. parte ex altera super quibusdam decimis dictus Caspar proposuit, pro<sup>a)</sup> easdem decimas haberet a nobili domino Jo. de Masaco<sup>1</sup>, et petivit propterea, ut daremus sibi terminum ad denunciandum suo domino, et quia nobis hoc videbatur esse consonum racioni, predicto Caspari terminum scilicet feriam 6<sup>tm</sup> ante festum beate Katherine virginis proxime venturum ad denunciandum dicto suo domino prefigimus per presentes. Datum.

a) F, statt quod.

### [150] Declinacio fori

Iudex etc. Comparuit coram nobis A. de Sang(ans)<sup>1</sup> citatus ad instanciam B. de Veltk(irch)<sup>2</sup> petit se remitti ad iudicem suum secularem, et quia hoc nobis videbatur consonum racioni, eundem A. remissimus et remittimus ad iudicem suum secularem per presentes. Datum.

### [151] Declinacio fori seu remissio

Iudex etc. In causa mota coram nobis inter A. Balöllin actorem ex una et B. Kouff(man) et Frik Suter reos parte ex altera dicto actore propemonente<sup>a)</sup> suam impeticionem verbotenus H. de Güt. nomine reorum proposuit causam esse civilem et personas

f. 19<sup>v</sup>  
seculares, et peciit propterea causam remitti ad iudicem secularem reorum, prefatus actor suplicavit, quod inter se convenerint, quod non deberent forum declinare et obtulit se hoc ad probandum super proximam diem iuridicam post festum sancti Hilarii proximo preteritum, et quia dicto termino adveniente neque in cras(t)ino prefatus actor nichil probavit, dictos reos remittimus ad iudicem eorum secularem. Datum etc.

a) F, statt proponente.

---

[149]<sup>1</sup> Johann v. Sax-Misox (zu Hohensax, Gem. Sennwald, Bez. Werdenberg SG), 1401 – † vor 16. Jan. 1435.

[150]<sup>1</sup> Sargans, Stadt u. Bez. SG. – <sup>2</sup> Feldkirch, Vorarlberg.

### [152] Alia remissio

Iudex ecclesie Curiensis. Prout Georius God de Mayls<sup>1</sup> citari procuravit seniorem Zurricherin, H. et Jo. eius filios, qui petiverunt, se remitti ad iudicem secularem, sic eciam remisimus quamlibet dictarum parcium ad suum iudicem competentem sic, quod parere debent iuri apud talem eorum iudicem infra quindenam, quandocumque citantur et talem iudicem per nuncium iudicis requiruntur, adito quod quecumque pars hoc nun facit, extunc volumus dicto Georio coram nobis facere iusticie complementum. Datum etc.

### [153] Recessus

Iudex etc. In causa, que coram nobis vertitur seu verti speratur inter A. ex una et B. ex parte altera iamdictis reis potentibus se ex eo, quod cause et partes sint prophane et civiles, pars ad eorum iudicem secularem remitti dictisque actoribus replicantibus nos id facere non debere sed ipsas partes et causam, cum A. et B. sint orphane et pupille, coram nobis remonere et cognitionem dicte cause ad nos de iure pertinere debere, terminum videlicet feriam terciam proximam hore prime prefingimus per presentes ipsis partibus ad audiendum nostram pronunciacionem super hinc inde propositis coram nobis aliasque ad procedendum in dicta causa iusticia mediante. Datum etc.

### [154] Recessus ad audiendum aperturam actestacionum

Iudex etc. plebano etc. salutem in domino. Cum in causa mota coram nobis inter A. ex una et B. ex parte altera testes, quos dictus A. pro sua intensione fundanda producere voluit et produxit, iuratos recepimus dictaque testium redegerimus in scripta, vobis mandamus, quatinus citetis dictas, quas et nos tenore presencium citamus, ut choram nobis in choro Curiensi legitime compareant feria t. proxima hora prime ad videndum aperturam actestacionum seu ad videndum deposiciones testium productorum aliasque etc. ut supra etc. Datum etc.

---

[152]<sup>1</sup> Mels, Bez. Sargans SG.

[155] Recessus ante conclusionem cause

Iudex etc. plebano etc. salutem in domino. Cum in causa mota coram nobis inter A. ex una et B. ex parte altera aperturam actestacionum fecerimus dictasque A. et B. in testes et dicta eorum nil dicere voluerint, vobis mandamus, quatinus dictas partes citetis, quas et nos presentibus evocamus, ut coram nobis in choro Curiensi compareant precise feria t. ad proponendum utrumque, si quid in dicta causa proponere voluerint ante conclusionem cause aliasque ut supra. Datum etc.

f. 20<sup>r</sup>

[156] Prorogatio cause

Iudex ecclesie Curiensis etc. Causam motam coram nobis inter A. actorem ex una et B. reum parte ex altera de concessu parcium et absque preiudicio utriusque partis in eo statu, quo nunc est, hinc usque ad t. diem proximam hora prime sub spe pacis amicabilis compositionis presentibus prorogamus. Datum etc.

[157] Interpellacio

N. canonicus etc. iudex ad subscripta ab honorabili domino preposito ecclesie Curiensis iudice unico a sede apostolica delegato subdelegatus plebano etc. ceterisque salutem in domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire. Comparuit coram nobis feria t. inter tempus debitum ut asseruit A., contra quem venerabilis in Christo dominus N. abbas et conventus monasterii Fabariensis<sup>1</sup> ordinis sancti Benedicti Curiensis dyocesis quasque ammoniciones litteras impetrarunt ipsius emonitionis continenciam difficendo petens sibi per nos in forma iuris terminum assignari, unde nos suspenso effectu sentenciarum de emonitionis dictis partibus terminum prefingimus per presentes, scilicet feriam t. hora prime ad iurandum de calumpnia vitanda et veritati dicenda aliasque ad procedendum in dicta causa iusticia mediante, vobis mandantes, quatinus dictas sentencias taliter teneatis et teneri faciatis medio tempore in suspenso, volumus nichilominus, ut parti adverse preintimetur dictus terminus tempestive, alioquin dictas sentencias in earum robore volumus permanere. Datum Curie anno etc.

---

[157] <sup>1</sup> Benediktinerkloster Pfäfers, Bez. Sargans SG.

[158] Recessus ad comparendum cum advocatis etc.

Iudex ecclesie Curiensis etc. In causa mota choram nobis inter A. actricem ex una et B. ream ex parte altera terminum scilicet feriam t. prefigimus per presentes dictis partibus utrumque ad comparendum cum eorum advocatis aliasque ad procedendum in dicta causa iusticia mediante. Datum etc.

[159]

Iudex ecclesie Curiensis. In causa vel causis, quibus dominus Rüdolfus rector parochialis ecclesie in etc. traxit coram nobis in iudicium A. B. C. D. etc. dicte partes convenerunt, quod super omnibus in petitionibus dicti domini R. volunt se submittere declaracioni reverendi in Christo patris et domini nostri episcopi Curiensis ita videlicet, quidquid dominus noster episcopus Curiensis visis libro aniversariorum ecclesie sancti Jeorii in Waltenspurg<sup>1</sup> ac aliis documentis domini Rüd. monit partibus prescriptis, que est continuata in eo statu, ut nunc est, octavas festi sancti Bartho. apostolici<sup>a)</sup> proxime venturas, super quoquidem termino et prescripte partes debent comparere coram domino nostro episcopo Curiensi ad prosequendum causam et causas, quas se in eum decidendas submiserunt, ut preferatur. Datum etc.

a) F.

[160] Recessus ad probandum eius intencionem sero

Iudex etc. In causa mota coram nobis inter honorabile(m) in Christo dominum H. custodem dicte ecclesie Curiensis<sup>1</sup> ex una et J. etc. opidanum etc. reum parte ex altera terminum scilicet feriam t. proximam ante festum etc. hora prime per presentes dicto actori ad probandum eius intencionem recto aliasque ad procedendum in dicta causa iusticia mediante. Datum etc.

[161] Interpellacio

f. 20<sup>v</sup>

Iudex etc. plebano etc. Comparuit coram nobis dominus Alberthus plebanus ecclesie in etc. asserens, quod fuerit amonitus per nostras litteras, ut satisfaceret domino Jo. Klopp infra quindenam nondum elapsam sub pena suspensionis a suis officiis divinorum, unde effectum dicte ammonitionis suspendimus hinc usque ad feriam 4<sup>lam</sup> post purificacionem proxime

---

[159]<sup>1</sup> St. Georg, Kirche in der Burg Jörgenberg, Gem. Waltensburg/Vuorz, Kr. Ruis.

[160]<sup>1</sup> Hartmann Krös, 1385–1409 Domcustos, vgl. HS I / I, S. 569.

venturum, sic tamen quod predictus dominus Albertus eudem terminum prefato domino Johanni Klopp preintimet tempestive. Datum.

[162] Interpellacio alia

Iudex etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Exposuit nobis A. filius Jacobi de etc., quod esset ammonitus a nobis, ut satisfaceret religioso viro domino N. priori monasterii in etc. infra octo dies nondum elapsis offerens se parere iuri, unde effectum supra sciatis domine plebane, quod predictus A. non est excommunicatus pro eo, quod infra 8 dies ammonitionis obtulit se parere iuri etc.

[163] Continuacio cause de consensu utriusque partis

Iudex ecclesie Curiensis. In causa mota coram nobis inter A. filiam Antho-nii de etc. actricem ex una et B. Jguerim(?) ac C. dictum Lantsch de etc. reos partibus ex altera dictis reis absolutis sub forma iuris a sentenciis, quas inciderunt ad instanciam prefate actrix super feriam 3<sup>am</sup> proximam ante festum etc. proxime venturum, in quo termino Ja. von Hof civis Curiensis<sup>1</sup> procurator et procuratorio nomine dicte actrix comparuit, rei aut(em) non comparuerunt nec pro se miserunt, ratione cuius declaravimus ipsos in pristinas sentencias reintrudendos, cumque postquam de tribunali veniens accessit nos An. Brügg offerens se defensioni nomine reorum causam suspendimus in crastinum, quo quidem crastino adveniente dictam causam de consensu procuratorum utriusque partis in eo statu usque ad octavas festi sancti Martini proximo venturi duximus presentibus continuandam. Datum etc.

[164] Conquestus contra uxorem

Iudex ecclesie etc. plebano etc. salutem in domino. Conquestus est nobis A. etc., quod B. eius uxor legitima ab eo aufugerit eique cohabitare et eum coniugali effectu pertractare recuset sepius requisita, quare vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, districte precipiendo mandamus, quatinus moneatis ac(tricem)<sup>a)</sup> B. subpredictam, quam et nos presentibus amonemus, ut ipsa intra proximos octo dies a data presencium computandos ad prescriptum A. eius maritum revertatur sibique mensa et thoro coabitet

---

[163]<sup>1</sup> Jakob v. Hof, Churer Bürger, von 1401 (BAC, Cart. A, S. 174) bis † 19. März 1432 (Necr. S. 28) bezeugt.

ipsumque coniugali pertractare vestinet vel medio tempore coram nobis in choro Curiensi causam racionabilem, si quam potest, assignet, quare ad predicta minime teneatur, alioquin ipsam B., quam extunc, si ita est, excommunicamus, excomunicatam publice nuncietis. Datum etc. anno etc. die etc.

a) *F*, statt ream.

[165] Conquestus contra maritum

f. 21<sup>r</sup>

Iudex ecclesie etc. Conquesta est nobis a uxore legitima B., quod licet ipsa A. filiam amborum dictorum coniugum multo tempore absque auxilio e iuvamine dicti B. nutritivit et materne affectu procuraverit idque amplius sub dativo dicti patris facere nequeat, quamvis illud cuperet adimplere cum B. prescriptus maritus, A. prescripte et pater C. prenominate sue pretacte uxori pro sustentacione vite dicte puelle subsidium exhibere non curet pluries requisitus, quare vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, districte precipiendo mandamus, quatinus dictum B. moneatis, quem et nos presentibus ammonemus, ut ipse intra proximos XV dies a data presencium computandos prenominatam C. eius filiam sibi asumat ipsamque nutriat et ei in victualibus et aliis neccessariis ut potest provideat sue proli vel medio tempore coram nobis in choro Curiensi causam racionabilem, si quam potest, assignet, quare ad predicta minime teneatur, alioquin ipsum B., quod<sup>a)</sup> extunc, si ita est, excommunicamus, excommunicatum publice nuncietis. Datum Curie anno etc.

a) *F*, statt quem.

[166] Mandatum apostolicum

Erasmus<sup>1</sup> servus servorum dei dilecto filio abbati monasterii Scaffusensis<sup>2</sup> Const(anciensis) dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis G., quod H. Const(anciensis) dyocesis super terris debitiss possessionibus et rebus aliis iniuriant<sup>a)</sup> eidemque voti sui execucio impeditur, ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellacione remota usuris cessantibus debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia odio

---

[166] <sup>1</sup> Fingierter Papstname. – <sup>2</sup> Benediktinerkloster Allerheiligen in Schaffhausen, Stadt u. Kt.

vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Lateranen. etc.

a) *Mit Kürzungsschleife F, statt iniuriatur.*

[167] *Supplicatio ad episcopum, ut investiat, seu presentatio*

Reverendo in Christo patri ac domino Hartmanno dei apostolice sedis gracia episcopo Curiensi<sup>1</sup> vel eius vicario in spiritualibus aut illi, ad quem huiusmodi institucio de iure seu de consuetudine dinoscitur pertinere, N. Sürge de Surgentis<sup>a)<sup>2</sup> reverenciam debitam in omnibus condignum et honorem. Reverentie vestre cupio fore notum, quod ego altare sancti Pauli apostoli<sup>3</sup> in ecclesia vestra Curiensi predicta situatum, cuius collacio sub ius presentandi ad me tamquam patronum verum et unicum pertinere dinoscitur, vacans per adepctionem prebende et canonicatus pacificam, quos Cūr. etc. dicti altaris capelanus novissimus in eadem Curiensi ecclesia et canonicatus et dicti altaris possessio se propter statutum capituli Curiensis minime compatuitur, provido viro et scolari Vlrico dicto Walch<sup>4</sup> clerico vestre Curiensis dyocesis presentando contuli et confero per presentes, unde paternitati vestre presentibus humiliter duxi suplicandum, quatinus si et in quantum premissa gaudiat veritate, eundem Vlricum Walch de dicto altari cum omnibus iuribus et pertinentes eiusdem dignemini graciosius investire. In cuius rei testimonium sigillum meum proprium presentibus apposui subinpensum. Datum etc.</sup>

a) *F, statt Sürgenstein.*

f. 21<sup>v</sup>

[168]

Johannes dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> honorabilibus et dilectis nobis in Christo decano scolastico et custodi ac capitulo ecclesie nostre Curiensis salutem et sinceram in domino caritatem. Cum ex statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Curiensis ac capituli vestri a retroactis temporibus hucusque observatum existat et observari consuetum quemlibet pontificem ecclesie Curiensis duos ipsius ecclesie canonicos, quos maluerit, in suos

---

[167] <sup>1</sup> Hartmann II. v. Werdenberg-Sargans, 1388–1416, vgl. HS I / 1, S. 487. – <sup>2</sup> Sūri v. Syrgenstein (sö. Wangen i. Allgäu). – <sup>3</sup> Petrus- u. Paulusaltar im nördlichen Seitenschiff der Kathedrale, vgl. KDM GR VII, S. 100. – <sup>4</sup> Ulrich Walch, Churer Bürger, 1398 scolaris, 1407 Student in Heidelberg, 1422– † 1447 Notar des Bischofs u. des geistlichen Gerichts von Chur, vgl. SCHULER, Notare, S. 493, Nr. 1449.

[168] <sup>1</sup> Johannes III. Ambundii, 1416–1418, vgl. HS I / 1, S. 488.

singulares cappellanos eligere recipere eximere et habere, qui in absencia fructus prebendarum suarum percipere valent, dummodo in serviciis ecclesie Curiensis atque suis existant et laborent, nos discretis viris Cūnr. Egghardi<sup>2</sup> nobis sincere dilectum canonicum prebendatum dicte ecclesie Curiensis, qui in serviciis ecclesie nostre atque nostris in curia Romana et alibi<sup>3</sup>, prout ei iniunximus, servire habent et etiam laborare, in familiarem et cappellanum nostrum domesticum commensalem recepimus et recipimus per presentes ipsumque unum ex huiusmodi canonicis et cappellanis fore vobis et cuilibet vestrum tenore presencium notifficamus ac eciam denunciamus eumque ac iudicum nostrorum tam spiritualium quam temporalium iurisdicione eximimus et exemptum usque ad nostri revocationem facimus per presentes. Quapropter vos et cuilibet vestrum rogamus et hortamur attente, quatinus ipsum Cūnr. de privilegiis nostris et statutis vestris et huiusmodi nostra exempcio gaudere permittatis suique de sui prebende fructibus destribucionibus cottidianis dumtaxat exceptis universis respondeatis et aliis, quantum in vobis fuerit, faciatis cum plenitudine iuris canonici eciam in absencia integre responderi. Datum etc.

### [169] Forma presentacionis

Reverendo in Christo patri etc. Rüdolfus comes de etc. prepositus ecclesie vestre Curiensis<sup>1</sup> reverenciam tam debitam quam condignam. Ad ecclesiam parochialem in Vacz<sup>2</sup> vestre dyocesis, cuius presentacio seu ius presentandi ad nos pleno dinoscitur iure pertinere, vacantem per mortem olim domini Jo. Frecher<sup>3</sup> sacerdotis ultimi eiusdem rectoris, providum virum Jo. filium olim Hainrici Vaczerol.<sup>4</sup> clericum vestre dyocesis presencium tenore duximus presentandum absentem tamquam presentem, rogantes vestram paternitatem, quatinus dictum Jo. vel alium suo nomine personatu tamen dicte ecclesie sibi reservato de ipsa ecclesia in Vacz cum universis suis iuribus et pertinenciis auctoritate vestra ordinaria investire ac instituere dignemini canonicis in eisdem adhibitis in premissis verborum et gestuum

---

[168]<sup>2</sup> Konrad Egghard, magister, 1416–1422 als Churer Domherr bezeugt. – <sup>3</sup> Im Zusammenhang mit der Bischofswahl, vgl. A. GERLICH, in Festschrift Karl Pivec, Innsbruck 1966, S. 81–90, bes. S. 85.

[169]<sup>1</sup> Rudolf v. Werdenberg-Sargans, 1380–1433 Dompropst, vgl. HS I / 1, S. 539. – <sup>2</sup> Vaz/Obervaz, Kr. Alvaschein. – <sup>3</sup> Johannes Frech, 13. Mai 1425 als verstorben erwähnt (AB Tirol I, 1093, Rep. Germ. IV, Sp. 1617), 13. Febr. 1401 scolaris (Liecht. UB I / 1, 166). – <sup>4</sup> Am 9. Aug. 1411 ist Ainrisch Vazerol bezeugt (StaatsA St. Gallen, Sargans, Eidg. Urk. 1).

solempnitatibus debitibus et consuetis. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostre prepositure presentibus duximus appendendum. Datum et actum Curie etc. mensis etc.

[170] Presentacio

f. 22<sup>r</sup>

Reverendo in Christo patri et domino domino N. dei gracia episcopo Curiensi vel eius in spiritualibus vicario generali Bert. eadem gracia episcopus Brixinensis<sup>1</sup> reverenciam tam debitam quam condignam. Vacante ecclesia parrochiali in Tyrol<sup>2</sup> vestre dyocesis per obitum domini Wolff.<sup>3</sup> ultimi et immediati rectoris ei(u)sdem, cuius ius patronatus ad illustres principes duces Austrie etc. pleno iure dinoscitur pertinere, et quia illuster princeps Leupoldus dux Astrie Styrie Karinthie et Carniole comes Tyrol(ensis)<sup>4</sup> etc. nobis de nonnullis ecclesiis, quarum ius patronatus ad ipsum pertinet, cum se facultas obtulerit, dedit liberaliter certas personas yodeas<sup>a)</sup> una vice dumtaxat ad easdem presentandi facultatem, propter quod vestro reverende honestum nobis singularem dilectum Adreum clericum Basiliensis<sup>5</sup> dyocesis nostrum notarium et familiarem domesticum duximus presentandum, suplicantibus instanter.

a) *F, statt ydoneas.*

[171]

Johannes<sup>1</sup> dei etc. dilecto nobis archipresbitero vallis Venuste<sup>2</sup> ceterisque confratribus dicti archipresbiteratus, qui presentibus fueritis requisiti, salutem in domino sempiternam. Ad perpetuam vicariam parrochialis ecclesie in Malls<sup>3</sup> nostre dyocesis cum filiabus sibi annexis mense capituli nostri incorporate unite et annexe vacantem per mortem olim domini H.<sup>4</sup> etc. presbiteri dicte ecclesie perpetui vicarii novissimi nobis providum virum C. etc. clericum Maguntine<sup>5</sup> diocesis per honorabilem dominum H. Hüber scolasticum<sup>6</sup> ac adpresens gerentem vices decani totumque capitulum ec-

[170] <sup>1</sup> Berthold v. Bückelsberg, 1418 – † 1427 Bischof von Brixen, ital. Prov. Bozen – <sup>2</sup> Kirche St. Johann in Dorf Tirol, ital. Prov. Bozen. – <sup>3</sup> Wolfhard Mair, z Bsp. 18. Nov. 1404 als Pfarrer von Tirol bezeugt (Or. PfarrA Meran). – <sup>4</sup> Leopold III., Herzog v. Österreich, Steiermark, Kärnten u. Krain, Graf v. Tirol, ca. 1351 – † 1386. – <sup>5</sup> Bistum Basel.

[171] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Vinschgau, ital. Prov. Bozen. – <sup>3</sup> Mals, Vinschgau. – <sup>4</sup> Heinrich Herelwinger, vgl. [58], Anm. 2. – <sup>5</sup> Conratus Theoderici, Mainzer Kleriker, 1424 (Rep. Germ. IV, Sp. 530) Kirche Mals erhalten, nach Streit mit Domkapitel am 5. Jan. 1429 verzichtet (Or. BAC). – <sup>6</sup> Heinrich Huber von St. Gallen, 1424–1426 Domscholasticus, vgl. HS I / 1, S. 559.

clesie nostre Curiensis, ad quem dicte vicarie ius patronatus seu presentandi potestas nomine dicti capituli pleno iure dinoscitur pertinere, legitime presentatum auctoritate nostra ordinaria in dei nomine presentibus instituimus et investimus prestitotum<sup>a)</sup> prius per ipsum iuramento consueto tactis sacrosanctis ewangeliis de prebenda obediencia et reverencia nobis et successoribus nostris et de non alienandis rebus dicte ecclesie sue sed pocius recuperando iuxta posse, mandantes vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie necnon sub excommunicacionis pena, quatinus eundem C. in possessionem dicte vicarie et pertinenciarum eius una cum filiabus suis annexis inducatis corporalem facientes eiusdem ecclesie subditos sibi ut eorum vero et perpetuo vicario in spiritualibus et temporalibus obedire obedienciam prestare necnon de fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis a<sup>b)</sup> dictam parochialem ecclesiam in Mals per hos quorum interest sine diminucione qualibet ex integro respondere. In cuius rei etc.

a) *F*, statt prestito. – b) *F*, statt ad.

### [172] Relaxio modificata

Iudex ecclesie etc. plebanis etc. ceterisque, ad quorum noticiam presentes pervenerint, salutem in domino. Sentencias excommunicacionis cum aggravacionibus intermediis eciam usque ad interdictum ecclesiasticum inclusive subsecutis extra muros civitatis Cur(ie) dictis ecclesiis promulgatas et publicatas ac inter dictos muros Curienses promulgatas et publicandas latas a nobis pro contumacia X. etc. sub spe amicabilis satisfaccionis hinc usque ad festum sancti Johannis proxime et inclusive venturum de concesso dicte X. relaxamus adientes ac dictam relaxacionem tali mediamine qualificantes in casu, quo dicta sperata amicabilis satisfaccio in eo tempore non intervenerit nec accedat, quod extunc dicte a nobis late sentencie cum earum aggravacionibus singulis et interdicto ecclesiastico subsecutis tam extra muros civitatis etc.

promulgare et publicare quam et intra dictos muros promulgare ac publicande absque omni aliarum litterarum invocacione in omnem suum statum et robur pristinum, quo nunc existunt, ipso facto et immediate efficaciter revertantur, mandantes vobis, quatinus dictas sentencias cum suis aggravacionibus et ecclesiastico interdicto subsecutis a nobis latas tam publicatas quam et publicandas sic quod admodum prefertur et non aliter esse relaxatas vestris in cancellis publice nuncietis. Datum et actum etc.

f. 22<sup>v</sup>

### [173] Relaxacio

Iudex etc. plebano etc. ceterisque salutem in domino. Sentencias excommunicacionis in se ac interdicti in familiam etc. necnon inhibicionis communicacionis generalis cibi potus latas a nobis pro contumacia contra Jo-hannem etc. pridem petitorem sancti Anthonii Curiensis dyocesis<sup>1</sup> ad instanciam K. etc. sub spe amicabilis compositionis hinc usque festum beati Vrbani pape et martiris proxime venturum de concessu partis adverse presentibus relaxamus adiecto quod si dicta amicabilis composicio medio tempore non intervenerit, extunc predicte sentencie absque invocacione aliarum litterarum ipsis facto in robur pristinum revertantur, mandantes vobis, quatinus dictas sentencias sic esse et non aliter relaxatas publice nuncietis. Nolumus tamen per hoc nostrum mandatum arreste bonorum et rerum predicti Johannis ad instanciam prefate K. per nos promulgare in aliquo derogat. Datum etc.

### [174] Collatio capellanie

Johannes<sup>1</sup> dei etc. presencium inspectoribus universis certam noticiam subscriptorum cum salute. Noverint universi et quos nosce fuerit opportunum, quod cum honorabilis vir dominus H. Eggh(ard)<sup>2</sup> canonicus ecclesie Curiensis in nostris et ecclesie nostre serviciis ac negotiis equitando hinc inde in eisdem frequenter insistit et in futurum insistere non obmittet, quare ratione meritorum ac laborum suorum<sup>a)</sup> ipsum in capellatum nostrum honor(atum) assumimus sibique officium capellanatus per presentes conferimus volentes ipsum gaudere omnibus privilegiis imunitatibus, prout ac-tenus capellani episcoporum Curiensium gaudere consueverunt, ideoque vobis domino scolastico totique capitulo ecclesie Curiensis predicte dictam graciā sicut premittitur prefato Hainr(ico) per nos factam intimamus, ad vestram noticiam deducimus hortantes vos affectuose, ut Hainr(ico) nostro capellano de redditibus fructibus dicte sue prebende respondeatis iuxta statuta seu consuetudinem ecclesie nostre Curiensis. In cuius rei testimonium etc.

a) suorum auf neuer Zeile irr. wiederholt.

---

[173]<sup>1</sup> Johann Helbrunner, Terminierer der Antoniter für das Bistum Chur.

[174]<sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Heinrich Egghard, 1428–1438 Domherr, vgl. HS I / 1, S. 516.

[175] Bulla

Innocencius<sup>1</sup> episcopus servus servorum dei dilecto filio officiali Spirensi<sup>2</sup> salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Johannes Rober civis crucisignatus Wormatiensis<sup>3</sup>, quod Jo. Vzelinger de Landenberg<sup>4</sup> laycus Erpipolensis<sup>5</sup> dyocesis super quibusdam peccuniarum summis et rebus aliis iniuriantur eidem, propter quod voti sui execucio impeditur. Ideoque discrecioni tui per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellacione remota usuris cessantibus debiti fine decidas faciens, quod decreveris per censuram eclesiasticam firmiter observari, testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Viterbii<sup>6</sup> 6 idus decembris pontificatus nostri anno 2<sup>o</sup><sup>7</sup> etc.

f. 23<sup>r</sup>

[176] Copia vidimus

Johannes Ambundii<sup>1</sup> decretorum doctor reverendi in Christo patris et domini domini Johannis episcopi Heripolensis<sup>2</sup> vicarius in spiritualibus generalis reconoscimus present(ium) tenore, nos litteras sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Inocencii<sup>3</sup> divina providencia pape septimi eius vera bulla plumbea in cordula canapis more Romane curie bullatas salvas sanas et integras non rasas nec cancellatas non abolitas nec suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nos cum ea que decuit reverencia recepisse vidisse et perlegisse examinasse et earundem principia et fines transscribi fecisse, quarum tenor sequitur in hec verba: Innocencius<sup>4</sup> episcopus servus servorum dei dilecto filio officiali Spirensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Johannes Rober civis crucisignatus Wormaciensis, quod Jo. Vczelinger de Landenberg laycus Wormaciensis dyocesis super quibusdam peccuniarum summis et rebus iniuriantur eidem, propter quod voti sui execucio impeditur etc. et sic finiunt: Datum Viterbii VI idus decembris pontificatus nostri anno 2<sup>o</sup>. In harum igitur litterarum apostolicarum visionis lecture et transscriptionis testimonium sigillum nostri vicariatus presentibus est appensum. Datum

---

[175] <sup>1</sup> Papst Innozenz VII. – <sup>2</sup> Speyer. – <sup>3</sup> Worms. – <sup>4</sup> Ladenburg, n. Heidelberg BW. – <sup>5</sup> Würzburg, irrt. statt Worms, vgl. [176]. – <sup>6</sup> Viterbo, ital. Stadt u. Prov. – <sup>7</sup> 8. Dez. 1405.

[176] <sup>1</sup> Johannes Ambundii, 1401–1408 Würzburger Generalvikar, 1416–1418 Bischof von Chur, vgl. HS I / I, S. 488. – <sup>2</sup> Johann de Brunn, 1412 – † 1440 Bischof von Würzburg. – <sup>3</sup> Papst Innozenz VII. – <sup>4</sup> Zu den Namen vgl. [175].

Herbipolen(si) anno domini 1406 feria 6<sup>ta</sup> post festum sancti Johannis ante Portam Latinam etc.

[177] Forma indulti

Johannes<sup>1</sup> etc. Notum facimus omnibus presencium inspectoribus, quod providus vir dominus Jacobus Frii de etc. altarista altaris sancti N. etc. in ecclesia Curiensi siti missarum suarum primicias in dicta Curiensi ecclesia in octava pasce proximo preteriti celebravit nosque ipsius dia(coni) Jacobi instan(tes) preces propter certas causas presencium tenore sibi indulgemus, ut alibi in dyocesibus quibuscumque missas celebrare aliaque ecclesiastica sacramenta Christi fidelibus ministrare valeat et possit, dummodo aliud canonicum non obsistat. In cuius r(ei) t(estimonium) etc.

[178]

Johannes<sup>1</sup> dei gracia episcopus Curiensis vobis domino Ja. decano vallis Engadine<sup>2</sup> salutem in domino. Mandamus, quatinus in istis duabus causis matrimonialibus videlicet inter A. ex una et B. ex altera et inter C. ex una et D. ex altera supersedeatis et eas remittatis domino Fridrico Plant<sup>3</sup> ad examinandum, qui nobis examinatas ad civitatem Curiensem remittat. Datum etc.

[179]

Johannes<sup>1</sup> etc. vobis domino Jacobo decano etc. mandamus, quatinus in causa mota inter A. ex una et B. ex altera, in qua pronunciasti sentenciam diffinitivam, in dicta causa

f. 23<sup>v</sup> amplius supersedeatis, nam eandem causam ad nos advocavimus ad instanciam partis, qui coram nobis consanguinitatem contrahentes probare intendunt. Datum etc.

---

[177] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489.

[178] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Dekanat Engadin, wohl Jakob Plant, ca. 1440–1457 Dekan, vgl. HS I / 1, S. 525 – <sup>3</sup> Vielleicht der am 20. März 1453 als verstorben erwähnte Pfarrer von Zernez (WIRZ I, 104).

[179] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489.

[180] Relaxacio interdicti

Iudex etc. plebano etc. Mandamus vobis, quatinus A. B. et C. etc. excommunicatos et aggravatos a nobis tam diu quam ecclesia in Flums<sup>1</sup> exigente eorum contumacia est interdicta ad instanciam H. de Portels<sup>2</sup>, quas ad preces honorabilium virorum a dictis sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis absolvimus et interdictum ecclesiam<sup>a)</sup> Flums relaxamus hinc usque ad festum sancti Galli proxime venturum, sic absolutos et relaxatam publice nuncietis, adiecto quod si in illo tempore satisfacio pro iuribus nostris et notarii nostri non intervenerit, ut extunc dicte sentencie excommunicacionis cum omnibus aggravacionibus subsecutis et specialiter interdictum in ecclesia Flums sine missione aliarum litterarum in robur pristinum revertantur. Datum.

a) F.

[181] <Alia forma relaxacionis>

Iudex ecclesie etc. plebano etc. ceterisque etc. Mandamus vobis, quatinus sentencias excommunicacionis cum aggravacionibus intermediis et interdicti in ecclesiam Flums<sup>1</sup> in et contra A. B. C. et D. etc. latas a nobis pro contumacia ad instanciam H. de Portels<sup>2</sup>, quas ad preces certorum etc. ut supra hinc usque ad festum sancti Galli etc. proxime venturum absolvimus et relaxamus per presentes, sic absolutos et relaxatam vestris in cancellis publice nuncietis, adiecto quod si medio tempore etc. ut supra per omnia. Datum etc.

[182] <Alia relaxatio interdicti>

Iudex etc. plebano etc. salutem in domino. Licet ecclesia in Flums<sup>1</sup> sit interdicta et multi subditi ibidem excommunicati et multipliciter aggravati, ad instanciam H. Nåslis tamen dictam ecclesiam et subditos excommunicatos relaxamus et absolvimus hinc usque ad festum sancti etc. proxime venturum, adiecto tamen, si in quantum satisfacio non intervenerint cum dicto H. Nåslie et nobiscum de iuribus nostris, ut extunc dicte sentencie interdicti in ecclesiam excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis in subdidos<sup>a)</sup> sine missione aliarum in robur pristinum revertantur. Datum.

a) F, statt subditos.

---

[180] <sup>1</sup> Flums, Bez. Sargans SG – <sup>2</sup> Portels, Gem. Flums.

[181] <sup>1</sup> Flums, Bez. Sargans SG – <sup>2</sup> Portels, Gem. Flums.

[182] <sup>1</sup> Flums, Bez. Sargans SG.

[183] Citacio super provisione parrochiali facienda  
de residencia proprii sacerdotis

Johannes Preconis<sup>1</sup> reverendi in Christo patris ac domini Hartmanni episcopi Curiensis<sup>2</sup> vicarius in spiritualibus et iudex dicte ecclesie Curiensis plebanis ecclesiarum in t. loco etc. ceterisque salutem in domino. Pervenerint ad nos domino Jac. etc. procuratore et procuratorio nomine ut aseruit subditorum parrochialis ecclesie in Mådels<sup>3</sup> humiliter proponente, quod dicti subditi ecclesie plerumque ob errenciam propriis sacerdotis plurimarumque et aliarum discrimina obviarum absque gravi difficultate non valeant tempore congruo aliis in eclesiis ecclesiasticis officiis interesse, quodque redditus dicte ecclesie et obvenciones sic habudent, quod ad sustentacionem proprii sacerdotis cum dictis parrochianis commorantis convenienter sufficiant,

f. 24<sup>r</sup>

quodque si dicta sufficiencia nostra moderacione premissa in aliquo foret diminuta, parrochiani dicte ecclesie se offerent copiose propriis ex rebus id supleri. Cum autem iniuncti nostri officii commissio poposcat precipue animarum intendere saluti, ne negligencia earundem nostris de manibus requiratur, illo presertim in tempore, quo ab ore presidentis in trono procedit gladiis bis acutus, idcirco in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis a vestris officiis divinorum iam late sentencie, si negligentes fueritis in premissis, vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, precipimus et mandamus, quatinus K. rectorem dicte ecclesie Mådels ipsumque patrem tamque gubernatorem dicti rectoris citetis coram nobis in choro Curiensi precise ad feriam etc. hora prime ad providendum parrochianis dicte ecclesie in Mådels de proprio eius mansione sacerdoti cum suisque tractibus necessariis ad hoc tractandum e oportunis insuper aliis articulis et impeticionibus per dictum Ja. etc. et procuratore et nomine procuratorio quo supra seu nomine proprio eisdem obiciendis et proponendis finaliter responsuros. Datum etc.

---

[183] <sup>1</sup> Johannes Preconis, 1387–1398 geistlicher Richter, vgl. HS I / 1, S. 515. – <sup>2</sup> Hartmann II. v. Werdenberg-Sargans, 1388–1416, vgl. HS I / 1, S. 487. – <sup>3</sup> Medel/Lucmagn, Kr. Disentis.

[184]

Johannes dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> vobis domino Jo. Eczel plebano in Suers<sup>a)</sup><sup>2</sup> mandamus sub pena privacionis officii vestri, quatinus infra unum mensem proximum a data presencium computandam personaliter resideatis in ecclesia vestra, alioquin dicto mense elapso procedemus ad vestram privacionem iusticia mediante et alium rectorem ad dictam ecclesiam instituemus iuxta disposicionem iuris communis. Datum Curie etc.

a) Sus *mit er-Kürzung*.

[185]

Iudex etc. plebano etc. salutem etc. Licet Thomas Wymser sit excommunicatus et aggravatus usque ad interdictum in ecclesiam etc. ad instanciam Philippi etc., quia tamen predicti Thomas et Philippus concordaverint, quod debent et volunt coram nobis comparere feria 4<sup>a</sup> ante festum etc. proxime venturum, si et in qua satisfacio non intervenerit, mandamus vobis, quatinus predictum Thomam, quem a dictis sentenciis excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis absolvimus et interdictum in ecclesiam relaxamus, sic absolutum et ecclesiam relaxatam publice nuncietis, adiecto tamen si satisfacio in eo tempore cum dicto Philippo et eciam pro nostris iuribus non intervenerit, ut extunc dicte sentencie excommunicacionis cum aggravacionibus subsecutis et interdictum in ecclesiam sicut prius in robur pristinum revertantur. Datum etc.

[186] Comissio cure animarum facta prespitero

Vicarius reverendi in Christo patris ac domini domini Johannis episcopi Curiensis<sup>1</sup> in spiritualibus discreto viro t. presbitero Curiensis dyocesis salutem in domino sempiternam. Cum nobis de canonica tua promocione ad sacros prespiteratus ordines fidem feceris tuarum testimonio litterarum ac de servandis tuorum superiorum videlicet papalibus metropoliticis ordinariis aliisque mandatis iustis rationabilibus et honestis iuratoriam prestiteris caucionem, ut supra.

M. T. eciam Curiensis dyocesis hinc usque ad festum beati Georii martiris proximo affuturum divina officia celebrare subditisque eiusdem ecclesie de sacramentis ecclesiasticis liceat providere, dummodo consensus eius et

f. 24<sup>v</sup>

[184]<sup>1</sup> Bischof Johannes v. Chur, vgl. [1], Anm. I. – <sup>2</sup> Wohl Sufers, Kr. Rheinwald.

[186]<sup>1</sup> Bischof Johannes v. Chur, vgl. [1], Anm. I.

eorum, cuius etiam, quorum interest, ad id accedat, canonicumque nullum obsistat, concedimus et presentibus indulgemus. Datum.

[187] Comissio cure animarum monacho de licencia sui prelati emissio  
Vicarius etc. discreto viro t. conventuali conventus monasterii Augie Minoris<sup>1</sup> ordinis Premonstratensis Const(anciensis) dyocesis salutem etc. Cum nobis de canonica tua promocione ad sacros prespiteratus ordines necnon de licencia per tuum prelatum videlicet venerabilem in Christo patrem et dominum t. abbatem dicti monasterii Augie Minoris tibi tradita, ut extra tuum monasterium ad tempus videlicet ad 6 annos nondum elapsos possis morari, fidem feceris tuarum testimonio litterarum ac de servandis tuorum superiorum videlicet papalibus etc.

[188] Bona forma cure animarum

Johannes dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> discreto ac nobis in Christo dilecto domino H<sup>cō</sup> Schwarcz de Ehingen<sup>2</sup> presbitero Const(anciensis) dyocesis salutem in domino. Ut vicariam ecclesie parochialis de etc. nostre dyocesis inofficiare subditisque eiusdem in divinis providere confessiones audiendo et sacramenta ecclesiastica ministrando alia, que ad premissa requiruntur, facere dicere et exercere valeatis abhinc usque ad festum sancti Johannis etc. proxime nunc futurum, dummodo loci curatus consensus intervenerit pariter et assensu et aliud canonicum non obsisterit impedimentum, auctoritate nostra ordinaria et qua fungimur in hac parte, licenciam concedimus specialem indulgemus facultatem harum serie litterarum sigilli nostri ad hec consueti appensione signatarum. Datum etc.

[189] Questum nunciorum sancti Bernardi

Hainricus<sup>1</sup> dei et apostolice sedis gracia episcopus etc. universis et singulis abbatibus prioribus officialibus presbiteris plebanis viceplebanis vicariis altaris ecclesiarum et capellarum rectoribus exemptis et non exemptis per civitatem et dyocesim nostram Curiensem constitutis in Christo nobis dilectis salutem in domino. Auctoritate apostolica, cuius mandatum desuper vidimus et recepimus, vobis prelatis ac eciam vobis aliis sacerdotibus et

---

[187]<sup>1</sup> Prämonstratenserkloster Weissenau, sw. Ravensburg BW.

[188]<sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Ehingen, nw. Singen BW.

[189]<sup>1</sup> Fingierter Name.

clericis sub pena suspensionis vestri divini officii districte precipiendo mandamus, quatinus nuncios sancti Bernhardi hospitalis de Monte Jouis<sup>2</sup> etc., cum ad vos venirent Christi fidelium elimosinas petituri, sine difficultate et contradictione qualibet admittatis et decenter recipiatis ipsosque honesti in omnibus pertractando, non obstante aliqua inhibicione a quocumque vel quibuscumque nobis subiecto vel subiectis facta vel imposterum facienda, que de renonciacione huiusmodi nostras non habuerit speciales litteras et patentes ad diem vero locum et horam, quos

lator presencium vobis nominaverit, subditos vestros utriusque sexus annos discretionis habentes sub pena excommunicacionis ad ecclesiam venire personaliter precipiatis devocationem attendentes, quousque negocium supradictum plenarie fuerit consumatum, quia nuncios ipsos tam auctoritate apostolica quam eciam nostra procedentes in nostram proteccionem recepimus et conductum, sicut in litteris ipsorum continetur et vidimus ipsos cum sanctuario et nobis pulsantibus secundum antiquam consuetudinem adprobatam sine omni molestia recipiatis etiam admittatis ac eciam apud eorum collectores omni qua potestis cum diligencia promoveatis. Et si aliqua loca auctoritate apostolica vel iudicum quorumcumque fuerint interdicta, divina officia cum horis canonicis vos ipsi sacerdotes personaliter ianuis apertis semel in anno excommunicatis et nominatis interdictis dumtaxat exclusis auctoritate apostolica celebretis, prout in autentico apostolico continetur et vidimus contineri eciam auctoritate apostolica eis indulta statuentes, ut hiis, quos in eorum fraternitatem assumpserint, si ecclesie, ad quas pertinent, fuerint interdicto ipsosque mori contingerit nec excommunicati vel nominatim interdicti vel publici usurarii fuerint vel alias eis a iure ecclesiastica sepultura fuerit interdicta, eadem sepultura tamen absque solemnitate solita non negetur, volentes nichilominus in virtute sancte obedientie districte precipientes personis quibuscumque tam religiosis quam aliis personis ecclesiasticis exceptis et non exceptis ac eisdem firmiter inhibentes, ne ipsi aut aliquis eorum ipsa die qua contigerit promoveri negocium supradictum in ipsa ecclesia sermonem publicum coram populo facere presumant exceptis nunciis, qui ad promovendum dictum negocium presentibus diriguntur, salvo in omnibus supradictis concilio cum suis declaracionibus generali, prout eciam in ipsis apostolicis litteris excipitur, sicut in exemplari sub sigillo iudicum sancte Magantine<sup>3</sup> sedis vidimus

f. 25<sup>r</sup>

---

[189] <sup>2</sup> Hospiz auf dem Grossen St. Bernhard. – <sup>3</sup> Mainz.

contineri. Siquis autem huic nostro mandato contrarius extiterit aut rebellis, citetur peremptorie ad nostram seu iudicum nostrorum presenciam ad diem et terminum competentem, quos lator presencium duxerit vobis assignandum per alium presbiterum, cui hoc presens mandatum ostensum fuerit, nobis super inobedientia et dictis nunciis super obiciend(um) legitime responsur(us), presentibus vero post annum a data presencium computandum minime vallituris. Datum.

[190] <Mandatum sub forma questi ecclesie Spirensis>

Cunradus de Fr.<sup>1</sup> canonicus ecclesie ac reverendi in Christo patris et domini domini Rabani dei gracia episcopi Spirensis<sup>2</sup> in remotis agentis in spirituallibus vicarius generalis ac ad subscripta specialiter deputatus universis et singulis prelatis ecclesiarum parochialium rectoribus perpetuis vicariis plebanis ceterisque presbiteris civitatis et dyocesis Spirensi(s) mandat in virtute sancte obedientie et sub penis suspensionis a divinis, quod in confessionibus et alias apud eorum subditos et Christi fideles solicite et fideliter intendunt promocione dicte fabrice ecclesie

f. 25<sup>v</sup>

Spirensis matricis et domine omnium aliarum ecclesiarum civitatis et dyocesis Spirensis, que tam sumptuoso opere olim fuit inchoata, ut de suis tantum facultatibus reformari suoque messe conservari non potest nec per Christi fidelium elimosinarum largicionem succurratur eidem sique in hoc sbiuet<sup>a)</sup> seculo fructum caritatis, quo metent in futuro vitam eternam.

a) *F, wohl verschrieben für seminat.*

[191]

Item simili modo et sub pena predicta mandet omnibus et singulis plebanis presbiteris et clericis civitatis et dyocesis predictarum, cum eos interesse contigerit testamentis legatis seu devocationibus, que fiunt pro remedii animarum, quod ante omnia fideliter moveant et inducant huiusmodi testatores legatores se<sup>a)</sup> donatores, ut fabrice predicte aliquam partem erogent et vagas restituciones videlicet res male quesitas vel inventas aut qualitercumque incertas, quarum veri heredes ignorantur, prefate fabrice dent et asignare procurent, salva tamen porcione canonica hucusque servata.

a) *F, statt seu.*

---

[190] <sup>1</sup> Konrad v. Frauenberg, vgl. [4], Anm. I. – <sup>2</sup> Rabanus v. Helmstadt, 1396–1438 Bischof von Speyer.

[192]

Insuper mandat eisdem plebanis et presbiteris specialiter, quod unusquisque eorum quovis anno a festo beatorum Symonis et Jude apostolorum usque ad octavas corporis Christi singulis diebus dominicis et festivis in sermonibus et cancellis suis negocium dicte fabrice cum omni diligencia, qua potest, promoveat et quod de parrochianis suis duos viros ydoneos obligat et deputet, qui tam in ecclesia quam in parrochia pro predicta fabrica elemosinas petant coligant et conservent et infra octo dies post octavas corporis Christi immediate sequentes decano sed(is) ruralis sui capituli seu cui sub est transmitent aut presentent.

[193]

Item prefatus dominus Cunradus vicarius<sup>1</sup> in favorem promocionis dicte fabrice tempore promocionis ipsius fabrice et eius nuncii presentacio tollit omnia interdicta ecclesiastica a se vel archidiaconis predicto domino episcopo subiectis lata et permittit illo tempore resumi divina apertis ianuis et pulsatis campanis a primis vesperis usque ad secundas vespertas inclusive eorundem dierum dominicorum et vestivorum, quibus predictum negocium promovetur nominatim cum et excommunicatis et interdictis exclusis et admittit universitatem exclusam a divinis ad divina.

[194]

Insuper idem dominus vicarius in favorem eiusdem fabrice indulget, quod omnes Christi fideles, qui causa devotionis fraternitatem beate Marie virginis receperint sique censuales fecerint quocumque tempore eos mori contingerit, ipsis ecclesiastica sacramenta et extrema duccio valeant ministri et missa pro defunctis haberi in ecclesia eorum et corpora eorum in cimiteriis sepeliri non obstante interdicto excommunicatis cum et nominatim interdictis aut publicis usurariis exceptis.

[195]

Simili modo iudices delegati seu conservatores ac executores deputati a sede

---

[193] <sup>1</sup> Konrad v. Frauenberg, vgl. [4], Anm. I.

f. 26<sup>r</sup> apostolica aut ab huiusmodi subdelegati videlicet prepositus decanus scolasticus thesaurarius cantor singulique canonici mayoris ac sancti Germani<sup>1</sup> prepositus decanus scolasticus et thesaurarius et eiam sancti Widonis<sup>2</sup> prepositus et thesaurarius necnon sancte Trinitatis<sup>3</sup> prepositus decanus et thesaurarius Spirensium ecclesiarum tempore promacionis predicte fabricae ac ipsius nuncii presentari tollunt interdicta, si qua ab eis vel eorum altero sunt lata, et permitunt eiam resumi divina eodem tempore ac quoad missionem universitatis ad divina receptionem fraternitat(is) beate Marie virginis et ministracionem sacramentorum et sepulturarum indulgent omni moda et forma, ut prefatus dominus vicarius indulsit etc.

[196] Summa indulgenciarum ecclesie Spirensis omnibus et singulis manus suas adiutrices etc.

[197] Confessatum

Iudex ecclesie Curiensis etc. Ad d...<sup>a)</sup> singulorum presencium per tenorem deducimus notitiam, quod constitutus coram nobis anno etc. die etc. mense etc. hora etc. A. etc. iudicij in figura publice fatebatur se ex certis et rationabilibus causis ad solvendum teneri et obligatum fieri B. etc. in XV lib. dn. Const(anciensum) etc. Quasquidem 15 lib. d. prescriptorum dictus A. pro se suisque heredibus ipsa premor(tua) prefato B. et suis heredibus ea predecedenti dare solvere et integre experire promisit ab hinc usque ad festum proxime venturum bona fide, et in eventum, quo dictus A. suprattactum debitum integraliter et in toto non solverit nec satisficerit seu secum super huiusmodi debito amicabiliter se consensuerit in predicto festo etc. ut prefertur dicto B., ut extunc omne ius, quod sibi competit ex parte Clare relicte et heredum quondam Jo. Hüber etc., quorum tutor et curator existit erga quosdam debitores in Flesch<sup>1</sup> super certo debito iuxta seriem confessati ab ipsis debtoribus habitu prenominatus B. eadem iura habere ac omnia munimenta et litteras super eodem debito habita et habitas ad manus et potestatem suam dare et presentare debet sine contradictione cuiuscumque dolo et fraude satisfacere in moneta aut per sufficientia pignora, que in continentibus distrahi possit, tamquam si forent per preconem civitatis Curien-

---

[195] <sup>1</sup> Kollegiatstift St. German in Speyer.— <sup>2</sup> Kollegiatstift St. Guido in Speyer.— <sup>3</sup> Kollegiatstift Hl. Dreifaltigkeit u. Allerheiligen in Speyer.

[197] <sup>1</sup> Fläsch, Kr. Maienfeld.

sis publice in distraccione publici fori secundum consuetudinem dicte civitatis Curiensis proclamate. Datum etc.

a) d, dann 4 Schäfte u. Kürzungsstrich darüber.

[198] <Instrumentum>

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter, quod anno a nativitate eiusdem 14 6<sup>to</sup> ind. 4, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri domini Innocencii<sup>1</sup> divina providencia pape septimi anno 2<sup>o</sup>, die vero 22<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> mensis septembris hora primarum vel quasi in opido Landenburg<sup>2</sup> Wormatiens(is)<sup>3</sup> dyocesis, in quo protunc honorabiles viri domini decanus et canonici capitulum ecclesie collegate sancti Andree Wormaciencis<sup>4</sup> facientes et representantes inhabitarunt seu moram traxerunt in choro ecclesie parochialis sancti Martini<sup>5</sup> eiusdem opidi in mei notarii publici et testium infra scriptorum presencia personaliter constitutus discretus vir Jo. Swikner vicarius ecclesie Spirensis procurator et procuratorio nomine discreti viri domini Merkelini

Blickeri canonici ecclesie sancti Ciriaci Nuhusen extra muros Wormatiensis<sup>6</sup> dyocesis, de cuius prourationis mandato mihi notario infrascripto legitime constabat, habens suis in manibus quoddam appellacionis instrumentum, quod et michi tradidit atque dedit animo et intencione eidem insinuandi et publicandi honorabilibus viris dominis decano et capitulo ecclesie sancti Andree Wormatiensis meque cum instancia debita requisivit, qua requisitione ut sic factum appellacionis instrumentum, ut sic ad me recepi adque illut inybi alta sonora et intelligibili voce de verbo ad verbum legi publicavi et insinuavi et alias execucioni debite demandavi, quo ut sit per me lecta et publicata et testibus infrascriptis et idem appellacionis instrumentum ut prescribitur legitimum et publicum valvis ipsius ecclesie parochialis sancti Martini opidi Landenberg Wormatiensis dyocesis publicavit ad manus domini Hartmanni de Geismaria.<sup>7</sup>

f. 26<sup>v</sup>

---

[198] <sup>1</sup> Papst Innozenz VII. – <sup>2</sup> Ladenburg, n. Heidelberg BW. – <sup>3</sup> Worms. – <sup>4</sup> Kollegiatstift St. Andreas in Worms. – <sup>5</sup> Pfarrkirche St. Martin in Worms. – <sup>6</sup> Cyriacusstift in Neuhausen, nw. Worms. – <sup>7</sup> Geismar, n. Marburg, Hessen.

Prefatus Johannis procurator quo supra nomine statim absque temporis intervallo asumpto secum me notario publico decanus ecclesie sancti Andrei Wormatiensis etc. cum debita reverencia exhibuit atque presentavit dicendo hec verba: Domine decane. Ego Jo. etc. procurator et procuratorio nomine quo supra sepefati domini Merk. etc. presento vobis publicum appellacionis instrumentum tamquam decano et principaliori de capitulo, quidem dominus Hermannus decanus publicum appellacionis instrumentum ad se sic recepit et secum deportavit, super quibus omnibus et singulis supradictus Jo. procurator et procuratorio nomine quo supra requisivit me notarium publicum prescriptum, quatinus sibi super premissis unum vel plura conficerem instrumentum seu instrumenta publicum vel publica. Acta sunt hec anno die inductione pontificatu hora et loco quibus supra presentibus ibidem discretis et honestis viris dominis Jo. plebano etc. Heinrico de etc. clericorum Maguntinensis<sup>1</sup> et Const(anciensis) dyocesum testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Tenor vero dicti appellacionis instrumenti, de quo supra fit mencio, de verbo ad verbum sequitur et est t(alis): In nomine.

## [200] Forma appellacionis

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter, quod anno autem eiusdem M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> VI<sup>o</sup> inductione XIII<sup>II</sup> die vero etc. mensis etc. hora etc. vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii<sup>1</sup> divine providencie pape septimi anno 2<sup>o</sup> in choro ecclesie parochialis sancti Georgii Sp(irensis)<sup>2</sup> ac in mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus discretus vir dominus Jo. etc. vicarius ecclesie Sp(irensis) procurator ut asseruit discreti viri domini etc. canonici ecclesie sancti Ciriaci extra muros Wormatienses<sup>3</sup> habens et tenens in suis manibus quandam cedulam papiream appellacionem subscriptam in se continentem animo ut dixit quo supra nomine ad sedem apostolicam provocandi et appellandi. Quam quidem appellacionis cedulam idem dominus Jo. coram me notario publico et testibus subscriptis alta sonora et intelligibili voce legit

[199]<sup>1</sup> Mainz.[200]<sup>1</sup> Papst Innozenz VII. – <sup>2</sup> Kirche St. Georg in Speyer. – <sup>3</sup> Cyriacusstift in Neuhausen, nw. Worms.

provocavit appellavit apostolosque petivit protestatus fuit et alia fecit que  
in eadem continentur.

Cuiusquidem appellacionis cedula tenor de verbo ad verbum sequitur et est  
t(alis): In nomine domini amen. Quoniam appellacionis remedium et rele-  
vamen oppressorum seu se opprimi verasimiliter timencium a sacris cano-  
nibus est inventum, idcirco ego Jo. etc. vicarius ecclesie Spirensis procu-  
rator et procuratorio nomine discreti viri domini etc. canonici ecclesie  
sancti Andree Wormatiensis<sup>4</sup> coram te notario publico et testibus hic  
stantibus animo et intencione quo supra nomine ad sanctam sedem apo-  
stolicam provocandi et appellandi dico et propono, quod licet ego auctorita-  
te et vigore gracie specialis per sedem apostolicam prefato domino meo  
N. etc. facte et processuum inde secutorum nuper prebendam canonicalem  
ultimo in eadem ecclesia sancti A. dum vixit canonici prebendati vacantem  
infra tempus debitum legitime tamquam prefato domino meo Merkelino  
debitam acceptaverim michi quo supra nomine optimuerim de eadem per  
venerabilem virum dominum N. de etc. decanum ecclesie sancti Widonis  
Spirensis<sup>5</sup> executorem supra dicta gracia deputatum canonice provideri,  
licetque idem executor processus suos penales super huiusmodi provisio-  
nenem fecerit et emiserit, in quibus honorabiles viros dominos decanum et  
capitulum ecclesie sancti Andree predicte ac personas alias quascumque in  
eadem ecclesia dignitates personatus officia seu beneficia quecumque ha-  
bentes monuerit et moneri fecerit, ut infra certum terminum tunc futurum  
nunc vera elapsum ipsis per eundem executorem assignatum prefatum do-  
minum meum N. vel me procuratorem suum eis<sup>a)</sup> nomine ad dictam pre-  
bendam in eorum concanonicum reciperent et in fratrem ipsumque N. vel  
me procuratorem suum admittent prebendam ad eandem ac sibi de fructi-  
bus redditibus proventibus iuribus et obvencionibus ipsorum canonicatus et  
prebende responderent et facerent, quantum in eis esset, ab aliis responderi,  
alioquin in supradictos decanum singulosque canonicos et personas dicte  
ecclesie sancti Andree excommunicacionis, in capitulum vero ipsius eccle-  
sie suspensionis et in ipsa ecclesia interdicti sentencias tulit et promulgavit  
dataque processus fuerunt et sint ipsis dominis decano et capitulo ecclesie  
sancti Andree solemniter lecti et publicati et copia eiusdem processus  
ipsis tradita, prout hec omnia et singula in litteris apostolicis et processibus  
ac instrumentis publicis inde confectis atque in quantum pro iustificatione  
presentis appellacionis faciunt et facere possunt et non aliter nec ultra, me

f. 27<sup>r</sup>

---

[200]<sup>4</sup> Kollegiatstift St. Andreas in Worms. –<sup>5</sup> Kollegiatstift St. Guido in Speyer.

reffero et ea hic de verbo ad verbum insero et pro insert(is) habere volo  
premissa plenius continentur, nichilominus tamen H. de etc. decanus et  
canonici capitulum ipsius ecclesie sancti A. facientes ad prefatam preben-  
dam me quo supra nomine recipere et admittere non curaverunt neque dic-  
tis mandatis apostolicis et processibus executorum predictorum ymo verius  
apostolicis nec ante nec post terminum eius assignatum curaverunt in ali-  
quo obedire, ymo prout nuper nondum decem diebus elapsis

f. 27<sup>v</sup> ad mei Johannis pervenit noticiam, quod prenominati domini Hermannus  
decanus et capitulum quendam Theodericum Copes asserentem se cano-  
nicum ecclesie Wormatiensis ad supradictam prebendam prefato domino  
meo etc. de iure debitam temere et de facto intruserunt ipseque Theoderi-  
cus pretexto huiusmodi intrusionis sepefato domino meo N. et mihi eius  
nomine opposuit et opponit in dicta prebenda eamque detinuit et detinet  
ocupatam necnon sepedicti domini decanus et capitulum introsures ac  
Theodericus Copes intrusus prefatum dominum meum N. impediverunt et  
impediunt, fecerunt atque faciunt quominus idem dominus meus N. vel ego  
quo supra nomine dictorum canonicatus et prebende possessionem valeam  
adipisci et ipsorum fructus redditus et proventus iura obvaciones percipe-  
re in contemptum mandatorum apostolice sedis in prelibato domini mei  
non modicum preiudicium et gravamen, propterque omnia et singula pre-  
missa et quodlibet senciens prenominatum dominum meum et me eius  
nomine gravatum et gravatos timensque in posterum verisimiliter plus posse  
gravari ad dictam non admissionem ad prefatam prebendam atque intrusio-  
ne de prefato Theoderico facta necnon opposizione et impedimento predi-  
ctis, et ne aliqui fructus redditus seu proventus iura et obvaciones dictorum  
canonicatus prebende eidem T. intruso ministrentur et ipsa prebenda fo-  
veatur, cum tantum ipso domino meo Merkelino debeatur et michi de ea-  
dem quo supra nomine sit canonice provisum et a quolibet premissorum,  
quod appellandum sufficit ad sanctissimum in Christo patrem et dominum  
nostrum dominum Innocencium divina favente clemencia papam septimum  
et eius sanctam sedem apostolicam in hiis scriptis pro voto et appello ap-  
postolos peto primo instanter 2<sup>o</sup> instancius et 3<sup>o</sup> instantissime, si quis sit,  
qui mihi eos dare velit atque possit vel saltem a te notario subscripto testi-  
moniales subiciens antedictum dominum meum et me iura nostra et bona  
omnia et omnium nobis adherencium seu adhere volencium eiusdem domi-  
ni nostri pape ac sedis apostolice predicte tuicioni protectioni et protestor  
de hac appellacione intimanda et insumanda personis, quibus de iure hoc  
fuerit faciendum, invocans super premissis omnibus testimonium hic

astancium et precipue tui tabellionis publici rogans et requirens te, ut super premissis omnibus et singulis mihi conficias unum vel plura instrumentum vel instrumenta, lecta et interposita est hec presens appellacio coram me notario publico et testibus infrascriptis anno domini inductione die mense hora et loco quibus supra presentibus discretis viris dominis Pe. de etc. Mich. de etc. vicarius ecclesie Spirensis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Sequitur addicio.

a) *F*, statt eius.

### [201] Addicio

f. 28<sup>r</sup>

Nota addicio etc. Insuper si vasa vini empti per ipsum Thomam Zumfur iuxta veram mensuracionem plus in se contineant quam duo plastra vini, illud 2<sup>m</sup> verum calculum termino in prescripto et superaddere solvere et expedire debet dolo et fraude et premissis penitus semotis, sic tamen quod dictus Johannes Aff aut sibi heredes prefatum Thomam seu suos heredes ante festum sancti Galli proximo venturum inquietare vexare nec dampnificare debet, et adiectum si ulla dampna prefatus Jo. Aff ratione retardate solucionis sustineret, ab hiis prenominatus Thomas et sui heredes pretatum Johannem Aff et suos heredes reddere debet bona fide. Datum etc.

### [202] Addicio

Et ad maiorem evidenciam solucionis debiti prescripti dictus Jo. dedit domino decano prescripto pro certis et indubitatis fideiussoribus C. Winzürlin, L. etc. cives Cur(ienses). Cuiquidem<sup>a)</sup> et veri fidussores super premissis insolidum promiserunt eidem domino domino decano in casu, quo dictus Jo. prefato domino decano seu suis heredibus eo premortuo prescriptum debitum termino in premisso non expediret integraliter cum effectu, extunc omni dilacione et rebellione prefato domino decano seu suis heredibus pignora sufficiencia assignare deberent ac promiserunt tanta et tot, quousque sibi de debitis supradictis satisfactum fuerit integraliter cum effectu, ac eciam de dampnis inde passis cum potentibus, quod si non satisfacerent, quod et ipsi extunc innodati existant prescriptis sentenciis excommunicacionis, quas eciam sponte in se susceperunt. Datum et actum etc.

a) *F*, statt quiquidem.

[203] Confessatum

Iudex ecclesie Curiensis etc. Constitutus coram nobis anno domini 1498<sup>a)</sup> t. die mensis etc. feria 6<sup>ta</sup> proxima hora vesperarum discretus vir Jo. etc. in figura iudicii publice fatebatur se iusta etc. ut supra provido scolari Vlr. etc. clero etc. in 16 s. et 8 d. Const(anciens) monete, quos quidem etc. prefatus Jo. suique heredes ipso premortuo prefato Vlr. ipsius seu heredibus eo predefuncto tali modo dare et integraliter expedire promisit abhinc usque ad festum beati etc. proxime affuturum, videlicet quod si dictus Jo. predicto Vlr. dictam peccuniam integre super predicto vesto<sup>b)</sup> non persolverit, quod extunc dictus Jo. prefato Vlr. assignare teneatur ad civitatem Cur(ie) pignora duplicis valoris vendicioni publice more dicte Cur(ie) civitatis exponenda et distrahenda sub pena excommunicacionis ac aliarum aggravacionum usque ad penam aggravacionis Revelabunt celi etc. inclusive in se sponte suscepta. Datum etc.

a) Wohl verschrieben für 1398. – b) F, statt festo.

[204] Sequitur bona forma precepti

f. 28<sup>v</sup> Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus etc. cum salute. Constituti coram nobis in iudicio Erni Schwab civis Cur(ie) actor parte ex una et Jo. Fr. de etc. reus parte ex altera predictus Erni proposuit verbotenus suam inpetucionem, quam habuit contra predictum Henny Fr., videlicet quod idem Jo. Fr. obligatus sibi fuerit ad solvendum 4<sup>or</sup> sömas boni vini antiqui vallis Telline<sup>1</sup> et 5 s. d. Const(ancienses) una cum dampnis desuper excretis, petens dictum Johannem Fr. condempnari et condempnatum compelli ad satisfaciendum sibi de dicto vino et quinque s. d. et dampnis ut prefertur, quamquidem inpetucionem et obligacionem prefatus Jo. coram nobis publice fatebatur, et quia in concessum nulle sunt partes iudic(i) nisi in sentenciando, prescriptum Jo. condempnamus ad solvendum teneri predicto Aer-nino 4<sup>or</sup> sömas vini boni et antiqui vallis Telline et 5 s. d. Const(ancienses) et dampnis ut supra precipientes propterea dicto Ernino, quod prefato E. de morato<sup>a)</sup> vino et denariis et dampno satisfaciat realiter et cum effectu, dampnum tamen et expensas eo quod non est declaratum per actorem nostre iuridice declaracioni seu taxacione presentibus reservamus. Datum etc.

a) F, statt memorato.

---

[204]<sup>1</sup> Veltlin, ital. Prov. Sondrio.

[205] <Aliud preceptum>

Iudex ecclesie Curiensis etc. Constitutus etc. anno etc. die mense etc. hora etc. Hain. de Bendern<sup>1</sup> figura in iudicii publice etc. ad solvendum teneri domino Ja. pelliffici 4 l. d. Const(anciensis) monete super festo sancti Galli etc. adiecta condicione, si usque ad dictum terminum non satisfacit, quod prefatus dominus Jo. habet liberam potestatem eum cum precone in Bendern intrare domum dicti H. et ibi recipere pignora usque ad complete satisfactionem sine ulla prohibicione prefati H. Datum etc.

[206] <Sub alia forma>

Iudex etc. presencium etc. Constitutus etc. anno etc. die etc. hora etc. vel quasi A. D. etc. iudicii in figura publice fatebatur se teneri et obligatum esse ratione unius plaustri vini terre discreto viro B. civis<sup>a)</sup> Cur(iensi) VIII. l. d. Const(ancienses), quasquidem 8 libras d. prescriptorum idem A. pro se suisque heredibus ipso premortuo predicto B. suisque heredibus eo predefuncto dare solvere et integraliter expedire promisit in subscriptis duobus terminis videlicet medietatem sume peccuniarum ad festum sancti Jo. Baptiste aliam vero medietatem ad festum sancti Martini abinde proxime futurum, et est adiectum, si ulla solita dampna prefatus B. ratione recordate solucionis duorum terminorum predictorum sustinuerit ab hiis, pretactus A. et sui heredes prescriptum B. et suos heredes indemnes reddere debet bona fide et submisit se dictus A., quod non debeat declinare forum spirituale, et in certitudinem prescripti debiti dominus C. rector etc. tamquam fideiussor se astrinxit, promisit etiam dictus A. sepefatum dominum C. reddere indempnem, si ulla dampna ratione huiusmodi fideiussionis sustineret, insuper ad rem cautelam prenominatus A. omnia sua bona prescriptis B. et domino C. tytulo pignoris obligavit tam diu, quounque predictos B. et C. a pretacto debito et ex certis dampnis integraliter liberaret. Datum etc.

f. 29<sup>r</sup>

a) *F*, statt civi.

[207] <Forma apostoli>

Sanctissimo in Christo patri ac domino meo domino domino Martino divina favente clementia pape V.<sup>to</sup><sup>1</sup> ego officialis curie Curiensis se ipsum ad pedum oscula beatorum, cum in causa matrimoniali mota coram nobis inter

---

[205]<sup>1</sup> *Bendern, Gem. Gamprin FL.*

[207]<sup>1</sup> *Papst Martin V., 1417–1431.*

N. Richwin de Wall(en)st(at)<sup>2</sup> actorem ex una et Marg. Åxin ream parte ex altera tuli sentenciam diffinitivam contra dictum N., a qua idem N. ad vestre sanctitatis sedem appellavit, eidem appellacioni ob reverenciam vestre sanctitatis duxi deferendum prefigens eidem appellanti terminum 6 mensium a data presencium computandos ad presentandum se vestre sanctitatis conspectui harum testimonium litterarum. Datum etc.

[208] <Inhibitio contractus matrimonialis desuper>

Iudex ecclesie Curiensis plebano in Wallenstat<sup>1</sup> ceterisque salutem in domino. Quia N. Richwi in causa matrimoniali, quam movit coram nobis Mar. Åxin, appellavit et sentencia nostra diffinitiva ad sedem apostolicam, vobis precipimus et mandamus, quatinus predicte Mar<sup>te</sup> inhibiatis su(b) pena excommunicacionis late sentencie, cui etiam nos sub eadem pena districtius inhibemus nec alibi matrimonium contrahat, donec et tam diu predicta causa appellationis pleniter diffiniatur. Datum etc.

[209] <Forma sentencie in causa matrimoniali>

In nomine domini amen. Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus etc. cum salute. In causa matrimoniali mota coram nobis inter Annam de etc. parte ex una et Berch. de etc. parte ex altera dicta Anna proponente, quod ante spacium 20 annorum contraxit matrimonium cum H. de Getzis<sup>1</sup>, et quia a spacio 14 annorum nichil certe percepit de vita eiusdem Hainrici, licet desuper habuerit inquisitionem diligentem, contraxerit nuper cum prefato Berchtoldo, petiverunt, quod propterea prefata Anna et dictus B. per nos iuridice declarare, an in sic contracto matrimonio remanere possint seu debeant de iure. Nos vero iudex prefatus recepto ab eis primitus iuramento de veritate dicenda et calumpnie vitanda ac dictis ipsorum in scriptis redactis publicatis et diligenter perspectis matura deliberatione prehabita de consilio peritorum pronunciamus declaramus et diffinimus ex quo prefata Anna a spacio 14 annorum de vita prescripti H. nichil certe percepit, quod eciam sic in contracto matrimonio remanere debent, donec et tam diu, quousque de vita prescripti H. constiterit legitimis documentis sententialiter hiis in scriptis. Datum Curie etc.

---

[207]<sup>2</sup> Walenstadt, Bez. Sargans SG.

[208]<sup>1</sup> Walenstadt, Bez. Sargans SG.

[209]<sup>1</sup> Götzing, Vorarlberg.

Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum deum pre oculis habentes visis ac diligenter perspectis actis et actitatis prehabito matura<sup>a)</sup> iurisperitorum consilio in causa matrimoniali, que vertebatur coram venerabili viro domino officiali Const(ancensi) et nunc vertitur coram nobis inter Elis. Erloser de Lindow<sup>1</sup> ex una et Vlr. Uipper parte ex altera per hanc nostram sentenciam diffinitivam, quam ferimus in hiis scriptis, pronunciamus decrevimus et declaravimus per prefatum dominum officialem Const(anciensem) male fuisse et esse processum pronunciatum et sentenciatum ipsiusque sentenciam infirmamus cassamus et irritamus ac nullius momenti decrevimus ac cessam ac irritam pronunciamus necnon pro parte dicti Vlr. bene fuisse et esse appellatum et provocatum ipsumque Vlr. ab impetione prefate Elis. super federe matrimonii absolvimus et absolutum pronunciamus ipsique Elis. super pretenso matrimonio perpetuum silencium inponimus ac ipsam Elis. condempnamus in expensas in hac causa coram nobis legitime factas, quarum taxacionem nobis in posterum reser-vamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum etc.

a) *F, wohl etc. vergessen für deliberatione et (o. ä.).*

Johannes dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> executor unicus ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus omnibus presencium inspectoribus certam noticiam subscriptorum cum salute. Noveritis noverintque universi et singuli et quos nosce fuerint oportunum, quod in causa matrimoniali mota coram nobis inter Elis. ex una et Vlr. de Const(ancia) parte ex altera super eo, quod dictus Vlr. peciit per nos declarare ipsum legitime appellasse a sentencia diffinitiva super federe matrimonii lata per dominum officialem Const(anciensem) inter partes prescriptas ac ipsam sentenciam tamquam properam et inique latam infirmare necnon ipsum absolvere ab impetione prefate Elis(abe)te quoad vinculum coniugale eo, quod ipsa matrimo(nio) numquam consensit nec tacite nec expresse, conparentibusque partibus predictis coram nobis in stubella castri Curiensis, ubi pro tribunali sedere consuevimus, prestitoque iuramento calumpnie vitande et veritatis

---

[210]<sup>1</sup> *Lindau, bayer. Schwaben.*

[211]<sup>1</sup> *Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1.*

dicende a partibus predictis productisque nonnullis processibus coram memorato domino officiali Const(anciens) ac alia, que partes predicte producere seu probare volebant, habito iurisperitorum consilio iurisque ordine debite observato conclusioque in negocio ac demum dictis partibus nostram sentenciam diffinitivam cum instancia postulantibus, quam in omnibus et per omnia promulgamus, prout sequitur. Christi nomine ut supra.

[212] <Inhibitio dotis per sentenciam>

Iudex ecclesie Curiensis in causa mota coram nobis inter Luciam Keslerin actricem ex una et H. Kessler eius maritum reum parte ex altera super assecuracione

f. 30<sup>r</sup> dotis declaramus, quod dictus Hainricus prefatam Luciam assecurare debet, quod salva sit dos eius, infra octo dies a data presencium computandos aut secundum declaracionem nostram aut secundum declaracionem consulum civitatis Curie sub pena excommunicacionis. Datum.

[213] Sentencia diffinitivia <in causa matrimoniali>

Iudex ecclesie Curiensis etc. presencium inspectoribus universis subscriptorum noticiam cum salute. In causa matrimoniali mota coram nobis inter A. ex una B. scilicet Marg. pretactam adiudicari legitimam in uxorem, lite legitime contestata prestitoque iuramento calumpnie vitande et veritatis dicende a partibus antedictis ac dictis eorum in scriptis redactis publicatis diligenter prospectis conclusoque in negocio ac dictis partibus nostram diffinitivam sentenciam cum instancia postulantibus, quia invenimus ex confessione Margaret(e) predictorum matrimonium inter eos solempniter et in facie ecclesie esse contractum ac nupciis celebratis et sufficienti coabitacione carnisque copula subsecuta fore legitime consumatum nullumque impedimentum esse probatum, ratione cuius divorcium inter eos de iure beat celebrari, presertim cum C. et Marg(areta) predicti de suo presumpto contractu fateantur<sup>a)</sup> se testes nullos habere, idcirco habito peritorum consilio iurisque ordine debite et observato Marg(aretam) prefatam adiudicamus legitimam in uxorem sentencialiter hiis in scriptis iungentes eisdem et Marg., ut se mutuo omnibus vite sue temporibus matrimoniali affecto studeant pertractare. Datum etc.

a) F.

### [214] Sentencia diffinitiva <in causa matrimoniali>

Iudex etc. presencium etc. ut supra. In causa matrimoniali mota coram nobis inter A. ex una et B. ex parte altera petente dicta A. se separari a B. prescripto ratione impotencie eiusdem B., cum ipsa cupiat esse mater et de se liberos procreare, lite legitime contestata prestitoque iuramento calumpnie vitande et veritatis dicende a partibus antedictis ac dictis eorum in scriptis redactis publicatis diligenter diligent(ius) prospectis conclusoque in negocio ac dictis partibus nostram diffinitivam sentenciam cum instancia postulantibus, quia non invenimus ex hiis, que coram iudicium sunt deducta, A. et B. prescriptos sibi invicem coniugaliter cohabitasse ipsum B. examine previo naturaliter fore impotentem ad muliebres amplexus, idcirco habito peritorum consilio iurisque ordine debite observato A. et B. predictos quoad coniugale vinculum absolvimus sentencialiter hiis in scriptis dantes licenciam A. prescripte in suam conscientiam alibi si placuerit matrimonium in domino contrahendi ac mandantes, ut dicte partes, si quid alia ab altera ratione dotis recompenseve dotis aut doni morganiti receperit ad sibi, mutuo restituant cum effectu. Datum etc.

### [215] Sequitur sentencia diffinitiva

Iudex ecclesie etc. presencium etc. matrimoniali mota coram nobis inter C. ex una et D. parte ex altera ponente dicta C. super nos a dicto D. iudicaliter absolvvi ratione impotencie natural(iter) coeundi, prescripti ac asserente dicti tali, quod ipsa cupiat esse mater et de se liberos procurare<sup>a)</sup>, lite legitime contestata prestitoque iuramento calumpnie vitande et veritatis dicende etc. ut supra. Quia invenimus ex hiis, que coram nobis in iudicium sunt deducta, eciam prehabito examine corporis D. pretacti eum esse naturaliter impotentem ad muliebres amplexus, idcirco habito peritorum consilio iurisque ordine debite observato C. prescriptam a vinculo matrimoniali coniugi quo ad prefatum D. ex causa prescripta absolvimus sentencialiter hiis in scriptis dantes licenciam dicte C. in suam conscientiam alibi sy foluerit<sup>b)</sup> in domino matrimonium contrahendi et mandantes, si quid altera dictarum parcum ab altera ratione dotis recompense ve dotis aut doni morganiti receperint, id sibi mutuo restituant cum effectu. Datum Curie etc.

f. 30<sup>v</sup>

a) *F. statt procreare.* – b) *F. statt voluerit.*

## [216] Sentencia diffinitiva pro matrimonio

In nomine domini amen. Iudex etc. presencium etc. In causa matrimoniali mota coram nobis inter A. ex una et B. ex altera petente dicta A. sibi per nos prescriptum B. adiudicari legitimum in maritum, lite legitime contestata predicto iuramento calumpnie vitande et veritatis dicende a partibus antedictis ac dictis earum in scriptis redactis et diligenter perspectis concluso que in negocio a dictis partibus nostram diffinitivam sentenciam cum instanter<sup>a)</sup> postulantibus, quia invenimus ex confessione prescripti B., quod pro matrimonio indicare dictante iusticia teneantur, idcirco habito peritorum consilio iurisque ordine debite observato B. prescriptum in legitimum maritum adiudicamus A. prefate sentencialiter hiis in scriptis iniu(n)gentes eisdem, ut se mutuo coniugali affectu studeant pertractare. Datum etc.

a) *F, statt instantia.*

## [217] Sentencia diffinitiva

H. de Grifense canonicus et cantor ecclesie Curiensis<sup>1</sup> archydiaconus sub-tus Langaro<sup>2</sup> presencium inspectoribus universis subscriptorum noticiam cum salute. In causa matrimoniali<sup>a)</sup> mota coram nobis inter A. ex una et B. parte ex altera potentibus dictis partibus sibi per nos iuridice declarari an matrimonium inter eos de iure subsistere possit nec ne, lite legitime contestata prestito que iuramento calumpnie vitande ac veritatis dicende a partibus antedictis ac dictis earum in scriptis redactis publicatis et diligenter perspectis concluso que in negocio ac dictis partibus per(sonaliter) nostram diffinitivam sentenciam cum instancia postulantibus, quia invenimus ex confessione dictarum parcum matrimonium inter eas tam per verba quam per opera matrimonium de iure perficiencia fore contractum nullumque impedimentali esse probatum, ratione cuius inter eas de iure debeat celebrari, idcirco habito peritorum consilio iurisque ordine debite observato A. prefatam adiudicamus predicto legitimam in uxorem sentencialiter hiis in scriptis, iniungentes eisdem A. et B., ut se mutuo omnibus vite sue temporibus matrimoniali affectu studeant pertractare. Datum etc.<sup>b)</sup>

a) *F, statt matrimoniali.- b) f. 31<sup>r</sup> und 31<sup>v</sup> fehlen.*

---

[217] <sup>1</sup> Heinrich v. Greifensee, 1381 – † 1409 Domcantor, vgl. HS I / 1, S. 564. – <sup>2</sup> Archidiakonat unter der Landquart.

[218]

Non debere. Idcirco habitu etc. peritorum consilio iurisque ordine debite f. 32(31)<sup>r</sup> observato ipsam Ammelyam dicto Wlh. adiudicamus legitimam in uxorem dictamque Margar(etam) a dicto Wilh. separamus et divorcium sentencia-liter habens in scriptis, dantes dicte Marg. liberam licenciam in eius conscientiam alibi si voluerit matrimonium in domino contrahendi, dictis vero Wilh. et Ammelye precipientes sub excommunicacionis pena, ut se invicem mutuo coniugali affectu studeant pertractare. Datum etc.

[219] <Alia sentencia>

In nomine domini amen. Johannes dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> presencium inspectoribus. In causa matrimoniali mota coram nobis inter Marg. filiam t. etc. actricem ex una et N. R. parte ex altera tulimus sentenciam ut sequitur: Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum deum pre oculis habentes visis ac intellectis actis et actitatis in predicta causa matrimoniali per hanc nostram sentenciam diffinitivam, quam ferimus in hiis scriptis, pronunciamus decernimus et declaramus nullum matrimonium inter dictas partes fuisse contractum ipsumque Vlr. ab impetione prefate Marg. sentencialiter absolventes ipsique Marg. perpetuum silencium innponentes necnon expresse condempnantes dantes dictis partibus liberam licenciam iuxta eorum conscientias matrimonium in domino alias contrahendi ipsique Vlrico mandantes sub pena excommunicacionis late sentencie, quam ferimus in hiis scriptis, ut Marg. prefatam dotet iuxta consuetudinem patrie propter stuprum, quod cum ea commisit puerum ex illa procreando, volentes igitur ad execucionem nostre sentencie procedere ut tenemur, quare vobis domino plebano in Mails<sup>2</sup> mandamus, quatinus dictam nostram sentenciam in cancellis vestris publicetis et eam auctoritate nostra inviolabiliter observari faciatis, sub pena excommunicacionis. In cuius rei testimonium sigillum etc. Datum etc.

[220] <Taxatio dotis per iudicem>

Johannes<sup>1</sup> etc. Quia alias pronunciavimus in causa matrimoniali inter Marg. et Vlr., quod dictus Vlr. debet eam dotare iuxta consuetudinem patrie sub pena excommunicacionis, quam dotem per presentes taxamus et estimamus

---

[219] <sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. I. – <sup>2</sup> Mels, Bez. Sargans SG.

[220] <sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. I.

ad V fl. R., quos ipse ḫlr. debet prefate Marg. dare in parata peccunia infra hinc et dominicam invocavit sub eadem pena excommunicacionis, item expensas in puerperio sufficientes facere et puerum nutrire, quousque pervenerit ad legitimam etatem. Datum.

[221] <Sentencia in causa matrimoniali>

Hainricus de Griff(ense) canonicus et cantor<sup>1</sup> etc. ut supra presencium inspectoribus etc. Constituti coram nobis Vlr. Bill de etc. ex parte una et Nesa filia t. etc. eius uxor deduxerunt ad nos, quod prescriptus ḫlr. cognoverit carnaliter Claram Stöblin consanguineam uxoris sue, antequam contraxerit matrimonium cum eadem Angnete

f. 32(31)<sup>v</sup> uxore sua, potentibus sibi per nos iuridice declarari, an ex eo matrimonium inter eos contractum subsistere possit de iure aut non, lite insuper legitime contestata etc. conclusoque in negocio licet prescriptus ḫlr. fatetur se cognovisse prefatam Claram, antequam contraxerit matrimonium cum prescripta Nesa, licet quodque constet, quod predicta Nesa et prefata Clara sint coniuncte uno latere in 3° altero in 4° gradu consa(n)gwintatis, quare tamen non potest iuridice probari, quod dictus ḫlr. carnaliter cognoverit prefatam Claram et iuris est divulgati confessioni coniugum non statur contra matrimonium, idcirco habito iurisperitorum consilio iurisque ordine debite observato declaramus et diffinimus, quod prescripti ḫ. et N. in contractu matrimonio remanere debent, sentencialiter hiis in scriptis datum etc.

[222] <Alia sentencia>

In nomine domini amen. Iudex ecclesie Curiensis presencium et in causa matrimoniali mota coram nobis inter A. filiam t. de Mails<sup>1</sup> ex una et B. de Flums<sup>2</sup> parte ex altera super eo, quod dicta A. petiit per nos adiudicari dictum B. in legitimum eius maritum, lite igitur legitime contestata prestitoque iuramento calumpnie vitande et veritatis dicende a partibus antedictis ac dictis eorum in scriptis redactis publicatis et diligenter perspectis conclusoque in negocio ac demum dictis partibus nostram diffinitivam sentenciam cu(m) instancia postulantibus, quia non invenimus ex hiis, que coram nobis in iudicium sunt deducta, quod pro matrimonio iudicare debeamus, preser-

---

[221] <sup>1</sup> Heinrich v. Greifensee, 1381 – † 1409 Domcantor, vgl. HS I / 1, S. 564.

[222] <sup>1</sup> Mels, Bez. Sargans SG. – <sup>2</sup> Flums, ebd.

tim ex eo, quod dictus reus matrimonium constantissime diffiteatur et auxtrix dicat se testes nullos habere, idcirco Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum deum pre oculis habentes habitu iurisperitorum consilio iurisque ordine debite observato dictum B. ab impetione prefate A. super federe matrimonii duximus absolvendum et absolvimus per presentes sentencialiter hiis in scriptis dantes ipsis partibus liberam licenciam in eorum conscientiis alibi sibi placuerit matrimonium in domino contrahendi. Datum.

[223] <Sentencia>

Nota. Quia non invenimus ex hiis, que coram nobis in iudicium sunt deducta, quod pro matrimonio adiudicare debeamus presertim ex eo, quod matrimonia debent esse libera sine nulla coaccione et metu, idcirco prefatum A. ab impetione retracte Elis. quoad vinculum coniugale absolvimus per presentes dantes ipsis partibus liberam licenciam etc. contrahendi, precipientes insuper dicto A., ut solvat dicte Elisabete 4<sup>or</sup> lib. dn. Const(an cienses) abhinc usque etc., ut melius dotari possit, sentencialiter hiis in scriptis. Datum etc.

[224] <Sentencia>

In nomine etc. Officialis curie etc. presencium etc. In causa matrimoniali mota coram nobis inter Elis. Gasor. ex una, H. Gampser ex altera et And. Schädler ex parte 3<sup>a</sup> dicta Elis. petente sibi per nos declarari, quis prelibatorum eorum debeat esse eius legitimus maritus, lite igitur legitimate etc. Quia invenimus ex hiis, que coram nobis in iudicium sunt deducta, matrimonium inter Elisabetam et H. legitimate fore contractum, idcirco Christi nomine etc. debite observato diffinimus et pronunciamus matrimonium inter Elis. et f. 33(32)<sup>r</sup> Hainr. prefatos publice fore contractum de iure subsistere debere, mandantes ipsis, ut se invicem coniugali affectione studeant pertractare, ipsique Andree super impetratis turbacionibus et vexacionibus perpetuum silencium imponentes sentencialiter hiis in scriptis. Datum etc.

[225] <Sentencia>

In nomine domini amen. Officialis etc. presencium etc. In causa matrimoniali etc. inter Brid. Lampert(er) ex una, Jo. Egerde(r) ex altera ac Adelh. filiam H. Rok ex parte 3<sup>e</sup> petente utraque muliere per nos dictum Joh. in

legitimum maritum, lite igitur etc. a partibus antedictis, que ipsum ac testium productorum in scriptis etc. perspectis conclusoque in negocio etc., quia invenimus ex hiis, que coram etc. sunt deducta, matrimonium inter Bridam et Johannem pretract(os) solemniter fore contractum carnisque copula assecuta fore legitime consumatum nullumque impedimentum esse probatum, ratione cuius divorcium inter eos de iure celebrat(um)<sup>a)</sup> debeat, presertim cum Johannes et Adelh. prefati de ipsumsum presumpto contractu minime probare valeant, idcirco Christi nomine etc. observato Bridam prefatam adiudicamus predicto Jo. legitimam in uxoris<sup>b)</sup>, iniungentes eisdem, ut se mutuo coniugali affectu studeant pertractare, dictamque Adelh. separamus a dicto Johanni dantes ipsi Adelheidi liberam licenciam in eius conscientiam alibi si voluerit matrimonium in domino contrahendi, sententia-liter hiis in scriptis etc.

a) *F, statt* celebrari. – b) *F, statt* uxorem.

### [226] <Sentencia >

In nomine domini amen. Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus universis etc. et cum salute. Constituti coram nobis in iudicio Nicolaus Sigs. parte ex una et Engla eius uxor legitima parte ex altera dictus Nicolaus petivit, ut digneremur declarare, quod predicta Engla uxor sua receperit eum in domum suam et quod deberet habere potestatem super corpus et res uxorius sue, et quia hoc videbatur nobis consonum iuri et rationi eo quod vir est caput uxorius, declaravimus et presentibus declaramus, quod predicta Engla debet recipere prescriptum N. in domum suam cohabitando et obediendo eidem in coniugalibus affectibus, quodque dictus N. debet habere plenam potestatem in corpus et res uxorius sue prescripte recepto tamen prius fidei dacione a dicto N., ut super omnibus, que prius contra eum commisit, nullam iniuriam ei inferat neque vindictam, quodque res et bona dicte uxorius sue vane et inutiliter non minuat neque consumat. Datum Curie.

### [227] Appellatio

I(udex) e(cclesie) C(uriensis) tibi Anne Bischoffin salutem in domino. Licet appellaveris a sentencia diffinitiva, quam contra te tulimus in causa matrimoniali mota tibi ab Eglino Vend et apostolos effluxo termino ad recipiendum eos petivisti, tua quoque appellacio videtur nobis frustratoria,

ei non duximus defend(ere) harum testimonio litterarum. Datum Curie die  
9 mensis etc.

[228] Sequitur forma procuratorii

In nomine domini amen. Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus universis certam noticiam subscriptorum cum salute. Noverint quos nosce fuerit oportunum et quos presens tangit negocium vel continere<sup>a)</sup> poterit quomodolibet futurum, quod constituta coram nobis anno domini M° etc. f(eria) etc. proxima post festum purificacionis sancte Marie hora prime vel quasi diei ei(u)sdem provida et circumspecta S. de etc. cum suo advocate dativo videlicet perito viro magistro H. Hübri. rectore scolarium ecclesie Curiensis<sup>1</sup> predicte et forma quibus melius et efficacius de iure potuit sive potest sponte et scienter, fecit constituit creavit et etiam ordinavit ac presentibus facit constituit creat et ordinat suum verum legitimum irrevocabilem ac indubitatum procuratorem actorem factorem negotiorum suorum gestorum ac nuncium speciale et generale, ita quod tamen generalitas specialitas<sup>b)</sup> non deroget nec specialitas generalitati viceversa, honorabilem et peritum virum magistrum Heliam etc. canonicum ecclesie Curiensis<sup>2</sup> presentem et huiusmodi procuracionis onus in se ultro suscipientem in omnibus et singulis litibus controversiis ac causa et causis, quam vel quas habet de presenti vel habitura est de futuro, ac per ipsam motis seu movendis personis quibuscumque et specialiter Jo. Helbr. pridem petitori petitionis sancti Anthonii Curiensis<sup>3</sup> dyocesis marito suo legitimo seu sibi motis seu movendis quibuscumque et specialiter a Johanne suprafato coram nobis seu quocumque iudice ecclesiastico vel seculari dato vel dando eciam in Romana curia vel alibi ubicumque agendum defendendum excipiendum replicandum duplicandum triplicandum litem et lites contestandum libellum et libellos ac peticiones quaslibet eciam summarias dandum et recipiendum cauciones, si necesse fuerit, prestandum interrogatoria et posiciones porrigendum iuramentum calumpnie vitande et veritatis dicende necnon cuiuslibet alterius generis sacramentum licitum cum singulis capitulis et sub iuramento calumpnie contentum et in animam ipsius constituent(is) prestandum ponendum articulandum posicionibus et articulis respondendum protestaciones quascumque verbotenus in scriptis

[228]<sup>1</sup> Heinrich Huber, 1396–1398 Schulmeister der Domschule, vgl. HS I / 1, S. 550. –

<sup>2</sup> Helias Rästli gen. Knörr, 1396 – † 1422 Domherr, vgl. VASELLA, JHGG 62, 1932, S. 126, Nr. 16. – <sup>3</sup> Johann Helbrunner, vgl. [97], Anm. 1.

faciendum testes instrumenta litteras et quecumque probacionum genera producendum et producta allegata et proposita ex adverso reprobandum impugnandum renunciandum testes partis adverse iurare videndum et contra ipsos et ipsorum dicta dicendum excepciones cuiuscumque generis proponendum et in causa seu causis concludendum sentencias et sentenciam quaslibet tam interlocutorias quam diffinitivas ferri petendum audiendum et ab eis et quocumque alio gravamine sibi illato vel inferendo in iudicio et extra iudicium semel et pluries appellandum appellacionem seu appellaciones huiusmodi prosequendum intimandum et notificandum apostolos semel et pluries, tocens quociens opus fuerit, cum instancia et instanter et instantissime petendum et recipiendum expensas litis taxari petendum et f. 34(33)<sup>r</sup> super eis iuramentum recipiendum et prestandum necnon absolucionis et relaxacionis simpliciter et ad cautelam in integrum restituendi principaliter et incidenter, tocens quociens opus fuerit, beneficia impetrandum petendum obtainendum et recipiendum ammoniciones processus quosque latos et ferendos a quocumque iudice interpellandum crimina et defectus quoscumque ac viarum discrimina allegandum opponendum et probandum alium seu alios procuratorem seu procuratores ad omnia et singula premissa ac ex eis dependencia emergentia et connexa lite ipsius substituendum ipsosque destituendum nichilominus ipsius mandati procuratorio in suo robore duraturo et substitutum seu substitutos huiusmodi revocandum et onus huiusmodi procuracionis iterum in se reassumendum, tocens quociens ipsi visum fuerit expedire, et generaliter ad omnia alia et singula faciendum gerendum et exercendum, que in premissis et circa premissa et quolibet premissorum necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que vero et legitimo procuratori a lege vel canonice sunt concessa et que ipsamet constituens faceret aut facere posset, si presens et personaliter interesset, eciam si sint talia, que mandatum maius exigant speciale aut presenciam personalem dans et concedens dicta constituens prefato suo procuratori potestatem plenariam et mandatum speciale ac generale ad agendum defendendum et faciendum in omnibus et singulis supradictis, que admodum preferuntur, promittens nichilominus dicta constituens mihi iudici suprafato stipulanti et recipienti vice et nomine omnium, quorum interest seu interesse poterit, seratum gratum firmum et stabile habere a perpetuo habituram totum et quidquid predictum suum procuratorem et ab eo substitutum et substitutos actum factum gestum procuratum exercitatum et ordinatum fuerit in premissis et quolibet premissorum rem ratam habere iudicio sisti et iudicacion(em) solvi cum suis clausulis universis sub omnium bonorum

suorum presencium et futurorum ac sub omni iuris et facti renunciacionem obligacione pariter et hypotheca. In cuius rei testimonium sigillum iudicij ecclesie Curiensis prefate presentibus tergotenus est appensum. Datum etc.

a) *F*, statt contingere. – b) *F*, statt specialitati.

### [229] Procuratorium

In nomine domini amen etc. Iudex ecclesie Curiensis presencium inspecto-ribus universis certam noticiam subscriptorum. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum et quos presens tangit negocium vel continere<sup>a)</sup> poterit quomodolibet in futurum, quod constitutus coram nobis anno domini etc. feria 4<sup>ta</sup> post festum etc. discretus vir A. de Ryen<sup>1</sup> pro se et B. eius uxorius legitima in figura iudicij et apud acta in omnibus et singulis causa et causis per eum mot(is) et movend(is) personam<sup>b)</sup> quibuscumque et specia-liter C. dicto Frank necnon in causa seu causis sibi motis seu movendis a personis

quibus suis<sup>c)</sup> et singulariter ab A. et B. eius uxorius legitima prescriptis f. 34(33)<sup>v</sup> melioribus modo et forma, quibus potuit et debuit, prehabita matura deli-beracione discretum virum D. civem Curiensem ibidem presentem et hui- usmodi officii onus in se recipientem constituit fecit et ordinavit in suum verum et legitimum procuratorem deditque idem dicto suo procuratori plenam et liberam potestatem auctoritatem et mandatum speciale et gene-rale in premissis omnibus et singulis in eorum dependentibus emergentibus et connexis pro ipsis et nomine ipsorum agendi defendendi libellum et libellos ac peticiones quaslibet offerendi et offerri petendi recipiendi excipiendi replicandi duplicandi triplicandi litem et lites contestandi iuramen-tum calumpnie vitande et veritatis dicende necnon cuiuslibet alterius gene-ris sacramentum in animas ipsorum constituentium prestandi ponendi articulandi posicionibus et articulis respondendi protestaciones quascumque verbotenus et in scriptis faciendi testes instrumenta ac quaslibet alias probaciones producendi produci videndi et ex adversa parte producia<sup>d)</sup> allegata et proposita impugnandi et recipiendi iudices et loca suspectos et suspecta recuperandi et refutandi in non suspectos et non suspecta concordi eciam constituendi causam et causas et raciones, si opus fuerit, allegandi opponendi et probandi cauciones quascumque et obligaciones dandi et faciendi et recipiendi sentencias quaslibet tam interlocutorias quam diffini-

---

[229] <sup>1</sup> Riein, Kr. Ilanz.

tivas ferri petendi obtainendi audiendi ab eis et quolibet alio gravamine presenti preterito vel futuro in iudicio et extra iudicium appellandi appellacionem et appellaciones prosequendi appellaciones et expensas necnon absoluciones et relaxaciones simpliciter et ad cancellam ac integrum restitucionis principaliter et incidenter beneficia impetrandi et obtainendi et recipiendi ammoniciones quoque alatos et ferendos a quocumque iudice interpellandi crimina et defectus ac viarum discrimina ad omnia et singula premissa et eorum dependentibus emergentibus et connexis substituendi, nichilominus ipsius procuratorique mandato in suo robore duraturo eosdem revocandi, quando et quociens sibi videbitur expedire, necnon generaliter omnia et singula alia faciendi, que vero et legitimo procuratori a lege vel canone sunt concessa, eciam si exigat mandatum speciale aliquod, promisit quoque dictus constituens A. pro se et B. eius uxoris prescripta nobis iudici supradicto vice loco et nomine omnium quorum interest vel intererit in futurum ratum gratum et firmum se perpetuo habiturum totum et quidquid per dictum suum procuratorem constitutum et ab eo substitutum seu substitutos actum factum gestum et ordinatum fuerit in premissis dictumque procuratorem constitutum et ab eo substitutum seu substitutos et quemlibet ipsorum a quolibet satisdandi eidem revalare ac pro ipsis et quolibet eorum iudicium et iudicationem solvi sub reorum suorum<sup>e)</sup> omnium obligacione et hypotheca. Datum Curie anno domini etc.

a) *F*, statt contingere. – b) *F*, statt personis. – c) *F*, statt quibusvis. – d) *F*, statt producta. – e) *F*, statt rerum suarum.

[230]

f. 35(34)<sup>r</sup> Venerabilibus etc. in Christo ac dominis dei gracia archyepiscopis episcopis ac ipsorum suffraganeis iudicibus ac ipsorum procuratoribus quibuscumque cuiuscumque dyocesis iudex ecclesie Curiensis reverenciam debitam et honorem vestram et cuiuslibet vestrum. Noverit paternitas veneranda, quod constitutus coram nobis anno a nativitate domini etc. 10 die mensis aprilis discretus vir Rüdolfus Bruwer sacerdos plebanus ecclesie etc. fecit constituit et ordinavit ac presentibus facit et constituit et ornat<sup>a)</sup> in omnibus et singulis causa et causis, quam et quas ipse movet seu movere intendit personis quibuscumque coram iudicibus quibuscumque et specialiter coram nobis seu iudice, qui pro tempore fuit ecclesie Curiensis, providos et discretos viros magistrum Johannem de etc. clericum coniugatum et

Hermannum dictum Jud laycum ibidem presentes et in se subscriptum mandatum sponte suscipientes necnon Cūnr. Wāchlin prebendatum in eccllesia Curiensi<sup>1</sup> absentem tamquam presentes suos veros certos et indubitatos procuratores et nuncios speciales insolidum communiter et divisim, ita quod non sit melior condicio ocupantis vel deterior subsequentis, sed quod unusquisque ipsorum ceperit, alter prosequi valeat et finire, dans eisdem procuratoribus et cuilibet ipsorum plenariam potestatem suo nomine agendi defendendi litem contestandi excipiendi replicandi iuramentum calumpnie seu quodlibet alterius generis sacramentum, quod in lite requiritur, in animam suam prestandi aliumque et alios procuratorem aut procuratores substituendi et eosdem revocandi, quandocumque eis vel eos visum fuerit expedire, appellandi et si necesse fuerit appellacionem prosequendi, beneficium absolucionis necnon restitucionis<sup>b)</sup> integrum petendi, discrimina viarum necnon in casu corporis et reorum<sup>c)</sup> allegandi ponendi libello et posicionibus respondendi ratificandi ea, que facta ac acxitata sunt in ipsis, necnon generaliter omnia ac singula faciendi, que veris procuratoribus a lege vel canone sunt concessa, eciam si mandatum exigant speciale, ratum et gratum perpetuo habiturus, quidquid per eos aut quemcumque ipsorum actum gestum vel procuratum fuerit in premissis, et ut predicti sui procuratores vel substituti aut substitutos ab eis vel altero ipsorum a quolibet satisdandi iure relevantur, promisit dictus constituens pro ipsis et quolibet ipsorum iudicio sisti et iudicatum solvi sub rerum suarum omnium hypotheca. In cuius rei testimonium sigillum iudicij ecclesie Curiensis a<sup>d)</sup> studiosas preces predicti constituentis presentibus tergotenus est appensum. Actum loco anno et die prescriptis etc.

a) *F*, statt ordinat. – b) *Hier fehlt in.* – c) *F*, wohl statt rerum. – d) *F*, statt ad.

### [231] Sequitur procuratorium generale

In nomine domini amen. Ego t. cunctis, quorum interest, cupio fore notum, f. 35(34)<sup>v</sup> quod cum honorabiles domini prepositus et capitulum ecclesie Cur(iensis)<sup>a)</sup> sancti Petri Imbriacensis<sup>1</sup> dyocesis Const(anciensis) me dudum de speciali gracia in suum eorum iamdicta ecclesia Imbriacensi receperint in canonicum et confratrem sub exspectacione prebende michi debite vel debende iuxta ipsorum in talibus observari consuetudinem approbatam, ego prefatus t. honorabiles dominos t. meos veros certos et indubitatos feci constitui et

[230] <sup>1</sup> Konrad Wāchli, 21. Aug. 1398 als Kaplan des Paulus-Altars bezeugt (CD IV, 238).

[231] <sup>1</sup> Chorherrenstift Embrach, Bez. Bülach ZH.

ordinavi ac presentibus facio constituo et ordino insolidum et divis(im) meos procuratores et nuncios speciales dictis eisdem et cuilibet ipsorum ac substituendis procuratoribus ab eisdem aut quocumque ipsorum meo nomine plenariam potestatem canonicatum et prebendam in dicta Imbriacensi ecclesia iam vacantes vel proxime vacaturos, ad quos ius mihi competere videbitur, acceptandi ac petendi me recipi ad eosdem meque mitti in corporalem possessionem eorundem michique alia faciendi, que ad huiusmodi acceptacionem acceptacionisque execucionem seu presentacionem necessaria videbuntur vel eciam oportuna cum protestacione, si quis procuratorum meorum predictorum vel substitutus ab eis aliquando quosquam canonicatus et prebendam meo nomine duxerit acceptandos, ad quos ius mihi non competit, salvum mihi ius existat ad alias canonicatum et prebendam inhibi vacaturos, ad quos ius michi competit seu competere poterit aut debeat, ratum et gratum perpetuo habiturus, quidquid in premissis per meos dictos procuratores vel quemcumque ipsorum vel substituti ab eis ipsorumve quocumque actum vel gestum fuerit aut quomodolibet et ordinatum sub reorum et earum omnium<sup>b)</sup> hypotheca. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium sigillum meum proprium presentibus est appensum. Datum etc.

a) *F*, Cur wohl irrt. nicht getilgt. – b) *F*, statt rerum suarum omnium.

[232] Procuratorium quando plures constituuntur in procuratores insolidum in generali forma articulis speciale mandatum exigentibus pre expressatis etc.

In nomine domini amen. Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus universis certam noticiam subscriptorum cum salute. Noverint, quos nosce fuerit oportunum et quos presens tangit negocium vel concernere<sup>a)</sup> poterit quomodolibet in futurum, quod personaliter constituti coram nobis anno domini M° CCCC° etc. decima, octavo die mensis octobris hora primarum vel quasi diei eiusdem venerandus in Christo pater dominus A. etc. abbas dominus B. de etc. decanus nomine capituli et C. de etc.<sup>b)</sup>

f. 36(35)<sup>r</sup> armiger devotarius seu ablatus monasterii Fabariensis<sup>1</sup> ordinis sancti Benedicti Curiensis dyocesis in figura iudicii et apud acta in omnibus et singulis causis et causa per ipsos communiter seu divisim motis et movendis personis quibuscumque et specialiter circumspecte et provide domine domine D. relicte olim E. de etc. armigeri necnon in omnibus et singulis causa et cau-

---

[232] <sup>1</sup> Benediktinerkloster Pfäfers, Bez. Sargans SG.

sis sibi communiter vel divisim motis et movendis a personis quibuscumque et specialiter a prefata D. honorabiles in Christo dominos dominum G. etc. magistrum H. canonicos dicte ecclesie Curiensis ac J. laycum civem Curiensem ibidem presentes et huiusmodi procuracionis officii onus in se sponte suscipientes omnibus melioribus modo via iure causa et forma, quibus melius et efficacius potuit et debuit, suos veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores sindicos ac negociorum suorum gestores et nuncios speciales et generales, sic tamen quod specialitas generalitati non deroget nec contra fecerunt constituerunt creaverunt et solempniter ordinaverunt ac presentibus faciunt constituunt creant et ordinant et eorum quilibet insolidum, ita tamen quod occupantis condicio melior non existat nec deterior subsequentis, sed quidquid per unum ipsorum inceptum fuerit, per alium seu alios eorundem prosequi mediari valeat et finiri, dederuntque ibidem dicti constituentes insimul et coniunctim et ipsorum quilibet separatim ac divisim dictis suis procuratoribus syndicis actoribus ac eorum cuilibet insolidum ut prefertur plenam et liberam potestatem auctoritatem et mandatum tam speciale quam et generale eo modo quo prefertur coram nobis a quocumque vel in quibuscumque alio vel aliis iudice seu iudicibus ordinariis delegatis ipsorum et cuiuslibet ipsorum ac dicti monasterii Fabariensis nomine in iudicio comparendi agendi defendendi libellum et libellos ac peticiones quaslibet eciam summarias dandi offerendi et offerri petendi ac oblatum et oblatos recipiendi cauciones, si necesse fuerit, prestandi excipiendi replicandi duplicandi triplicandi quadruplicandi interrogatoria et posiciones porrigendi litem et lites contestandi iuramentum calumpnie vitande et veritatis dicende necnon cuiuslibet alterius generis sacramentum licitum cum singulis capitulis in et sub iuramento calumpnie contentis in animas ipsorum constituencium prestandi et parti ad verse deferendi transigendi paciscendi ponendi articulandi positionibus et articulis respondendi protestaciones quascumque verbotenus in scriptis faciendi testes litteras instrumenta et quecumque probacionis genera producendi et producta allegata et ex adverso proposita impugnandi reprobandi renunciandi et concludi sentencias et sentenciam quaslibet tam interlocutorias quam diffinitivas<sup>c)</sup>

quam diffinitivas<sup>d)</sup> ferri petendi et audiendi et ab eis et quocumque alio f. 36(35)<sup>v</sup> gravamine ipsis et eorum cuilibet illato vel inferendo in iudicio et extra semel et pluries appellandi appellacionem et appellaciones huiusmodi prosequendi apostolos cum instancia debita petendi expensas litis taxari petendi et super eis iuramentum recipiendi et prestandi necnon absolucionis

et relaxacionis simpliciter et ad cautelam ac in integrum restitucionis principaliter et incidenter beneficia impetrandi petendi obtinendi et recipiendi ammoniciones crima et defectus ac viarum discrimina allegandi apponendi et probandi iudicis officium nobile et mercenarium implorandi alium seu alios procuratorem seu procuratores ad omnia et singula premissa ac ex eis dependencia emergencia et connexa loco eorum et cuiuslibet ipsorum substituendi nichilominus ipsius mandati procuratorio in suo robore duraturo ac substitutum substitutos substituendum et substituendos huiusmodi revocandi et onus huiusmodi officii iterum in se assumendi, tocies quoquiescens ipsis substituente seu substituentibus visum fuerit expedire, aliaque omnia et singula gerendi faciendi et exercendi, que in ipsis et quolibet premissorum necessaria fuerint et oportuna et que vero et veris legitimo et legitimis procuratori et procuratoribus syndico et syndicis actori seu actribus a lege et canone sunt concessa et que ipsi nec constituentes seu quilibet eorundem facerent et facere possent, si propria interessent sub persona eciam si sint talia, que mandatum exigant magis speciale aut presenciam personalem, promittens nichilominus dicti domini constituentes et ipsorum quilibet michi iudici prescripto solempniter stipulanti vice et nomine omnium quorum interest et interesse poterit se ratum gratum firmum et stabile habere et perpetuo se habituros totum et quidquid per dictos ipsorum procuratores et alterum eorundem necnon substitutum seu substitutos substituendum seu substituendos ab eis seu eorum altero actum factum gestum et ordinatum fuerit in premissis et quilibet premissorum, volentes eciam dicti constituentes et ipsorum quilibet dictos suos procuratores substituto et substitutis substituendo et substituendis ab eisdem relevare ab omni onere satisdandi, promiserunt insuper iudicio sisti et iudicatum solvi cum suis clausulis universis sub rerum suarum ac monasterii sui Fabariensis omnium presencium et futurorum obligacione et hypotheca. Acta sunt hec Curie anno mense hora et loco quibus supra indiccione sexta. In cuius rei testimonium sigillum iudicij ecclesie Curiensis presentibus tergotenus e(s)t appressum etc.

- a) *F*, statt contingere. – b) Auf dem untern Rand v. f. 35(34)<sup>v</sup> Formular von Hand 2. – c) Unten u. am rechten Rand v. f. 36(35)<sup>r</sup> Formular v. Hand 2. – d) irrt. wiederholt.

f. 37(36)<sup>r</sup>

[233] <Instrumentum procuratorium>

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter, quod sub anno a nativitate eiusdem 1399 etc. die etc. mens(is) etc. hora diei eiusdem quasi none indiccione etc.

pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini N. divina provi-  
dencia pape etc. anno etc. civitate tali in curia habitacionis honorabilis viri  
domini et magistri A. de tali loco et officialis Curiensis et etc. episcopalis  
etc. in mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia constitutus  
discretus vir B. etc. clericus t. dyocesis vicarius seu prebendarius ecclesie  
sancti Germani<sup>1</sup> extra muros t. dyocesis discretum virum C. de tali loco  
prebendarium ecclesie Spirensis<sup>2</sup> presbiterum suum fecit constituit et ordi-  
navit verum et legitimum procuratorem et nuncium speciale ad resignan-  
dum et dimittendum ex causa pronunciacionis pro alio beneficio ecclesia-  
stico seu alias pure libere et simpliciter dictam suam vicariam seu benefi-  
cium ecclesiasticum, quod habet in ecclesia sancti Germani predicta, in  
manus ordinarii seu collatoris beneficii eiusdem permutaciones iniendum  
permutandum et consummandum ac se ad beneficium, pro quo permutave-  
rit, transferri institui et investiri ac in possessionem corporalem mitti et  
induci petendum et obtainendum obedienciam ac alias promissiones et obli-  
gaciones in premissae et ad ea necessarias licitasque honestas faciendum et  
promittendum iuramentum quodlibet in premissis necessarium et specialiter  
quod nil symoniace pravitatis intervenerit et animam ipsius constituen-  
tis prestandum omniaque alia et singula faciendum et exercendum, que  
ipse constituens facere posset in premissis et circa ea, si personaliter inter-  
esset, eciam si mandatum eigant<sup>a)</sup> speciale et specialius quam aliquid pre-  
missorum, ratum et gratum se promisit habiturum omne totum et quidquid  
predictum suum procuratorem actum et procuratum fuerit in premissis seu  
quolibet premissorum sub rerum suarum omnium obligacione et hypotheca.  
Acta sunt hec anno mense die hora diei et indiccione pontificatu et loco  
predictis presentibus honestis viris magistro t. et B. C. D. etc. ad premissa  
vocatis atque rogatis.

Et ego t. dyocesis clericus coniugatus etc. publicus imperiali auctoritate et  
p(a)p(ali) curie Curiensis iuratus notarius, quia dictorum procuratorum  
constitutem<sup>b)</sup> ratihabicionis promissioni omnibusque aliis et singulis pre-  
missis dum sic fierent et agerentur una cum dictis testibus presens interfui  
easque et ea sic fiery vidi et audivi, idcirco hoc presens publicum instru-  
mentum exinde confeci manu mea propria scripsi signoque meo solito  
signavi rogatus et requisitus in testimonium premissorum etc.

a) *F, statt exigant.* – b) *F, statt constitutioni.*

---

[233] <sup>1</sup> *Kollegiatstift St. German in Speyer.* – <sup>2</sup> *Speyer.*

[234] <Inhibitio preda obsoniorum>

Iudex ecclesie Curiensis plebano in Almens<sup>1</sup> ceterisque salutem in domino.  
Conquesiti sunt

f. 37(36)<sup>v</sup> nobis plebani ecclesiarum in etc. et in etc., quod subditi et vicini eorum  
auferunt et diripiunt eis pira poma et ceteros fructus, unde mandamus vobis  
sub pena excommunicacionis vel sub pena suspensionis etc. late sentencie,  
quatinus dictis subditis et vicinis inhibeatis, quibus et nos per presentes  
inhibemus, ne hoc decetere faciant, alioquin contra ipsos per sentencias  
excommunicacionis procedemus. Datum etc.

[235] Procuratorium

In nomine domini amen. Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus universis etc. Constitutus coram nobis iudicij in figura providus vir dominus A. de etc. Constanciensis dyocesis anno domini etc. die 4<sup>a</sup> mensis etc. hora vel quasi diei eiusdem constituit fecit et ordinavit ac presentibus facit constituit et ordinat honorabilem virum B. canonicum ecclesie Curiensis ibidem presentem et onus huiusmodi procura(cionis) in se sponte suscipientem in suum verum legitimum et indubitatum procuratorem yconomum et nuncium specialem in omnibus et singulis causa et causis adiudicanda et negocia per eum motis et movendis personis quibuscumque et specialiter contra adversus C. D. et E. de etc. armigeris, necnon in omnibus et singulis causa et causis sibi movendis personis a quibusvis, dans eidem suo procuratori plenam et liberam potestatem, coram quocumque iudice delegato vel subdelegato ac eciam ordinario nomine suo agendi recond<sup>a)</sup> incipiendi defendendi etc. libellum et libellos offerendi et offerre petendi excipiendi replicandi duplicandi triplicandi etc. litem et lites contestandi in libello respondendi iuramentum calumpnie vitande et veritatis dicende in animam suam et ipsius domini constituentis prestandi ponendi articulandi posicionibus et articulis respondendi testes instrumenta at alias quascumque probaciones producendi et produci videndi crimina et defectus apponendi et viarum discrimina allegandi testibus et probacionibus renunciandi proposiciones quascumque verbotenus in scriptis faciendi componendi ac sentencias tam interlocutorias quam diffinitivas ferre petendi audiendi et ab eisdem et quolibet alio gravamine ammonicionibus et processibus quibuscumque interpellandi appellandi apostolos petendi alium et alios

---

[234]<sup>1</sup> *Almens, Kr. Domleschg.*

procuratorem seu procuratores substituendi et eosdem revocandi, tociens quociens sibi videbitur expedire, ipsius tamen procuratorii mandato semper in suo robore duraturo, ac negotia sua extra iudicium exercendi necnon debita sua inbursandi et debitores quittandi necnon omnia et singula alia faciendi, que veris et legitimis procuratoribus ad iudicia et negotia sunt concessa, eciam si mandatum exigant speciale, promisit et dictus dominus constituens nobis iudici predicto se ratum firmum et gratum habiturum totum et quidquid per dictum suum procuratorem aut substitutum vel substitutos ab eo actum et factum fuerit in premissis sub f. 38(37)<sup>r</sup> rerum suarum omnium obligacione et hypotheca. Datum Curie sub sigillo iudicij ecclesie Curiensis anno etc. ut supra.

a) *F.*

[236] <Procuratorium>

In nomine etc. Iudex ecclesie etc. presencium etc. Constituta coram nobis iudicij in figura C. relictia quandam A. de etc. pro se et liberis suis anno etc. ut supra constituit etc. B. de etc. ibidem presentem ut supra in suos<sup>a)</sup> verum legitimum et indubitatum procuratorem ut supra per e(o)s motis ut supra dans eidem ipsorum procuratori pelanam<sup>b)</sup> ut supra nomine eorum agendi etc. ut supra dicende in animam suam et ipsorum constituencium prestandi ut supra totum et quidquid predictum eorum procuratorem aut substitutum etc. ut supra in premissis sub rerum suarum omnium etc. ut supra. Datum ut supra.

a) *F.* statt suum. – b) *F.* statt plenam.

[237] <Promotorialis ad abbatissam pro beneficio>

Johanna Deduracio dei gracia ducissa Austrie<sup>1</sup> etc. venerabilibus et religiosys sororibus abbatisse et conventui monasterii in Püchaw<sup>2</sup> Constanciensis dyocesis salutem graciam et omne bonum. Regum et principium<sup>a)</sup> serena mayestas et consuetudines laudabiles et aliorum iura defendit, ut in suis nullatenus offendatur sane cum itaque in nostre complacionis exordio quilibet prelata sub illustris principis domini Wilh. ducis Austrie<sup>3</sup> etc. dilecti consortis dicione et dominio constituta super unius persone provisione nostrarum primicias precum ex antiqua consuetudine etiam per sedent<sup>b)</sup>

---

[237] <sup>1</sup> Johanna v. Anjou-Durazzo, 1370 – † 1435. – <sup>2</sup> Kanonissenstift Buchau, nö. Saulgau BW – <sup>2</sup> Wilhelm v. Österreich, 1370 – † 1406.

apostolicam aprobata etc. admittere teneatur primarias vobis afferimus preces nostras sinceriter vestram devocationem actencius exora(ntes), quatinus Hermanno Wielli magistro etc. de etc. dicte dyocesis de beneficio ecclesiastico curato vel non curato vacante vel primo vacaturo ad collacionem vel alias quamlibet disposicionem vestram spectanti per dei domus asc(ension)e<sup>c)</sup> nostramque reverenciam liberaliter providere eumque admittere seu presentare curetis taliter in hoc agendo, quod vos vestrumque monasterium predictum merito teneamur favoribus prosequi condignis honoribus ampludere.<sup>d)</sup> Datum etc.

a) *F*, statt principum. – b) *F*, statt sedem. – c) *F*, unsichere Auflösung. – d) *F*.

[238] <Amonitio canonicorum ad ordines>

Johannes dei gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup>. Ut hii, qui in ecclesia nostra cathedrali Curiensi sunt mancipati officiis vel mancipabuntur in futurum, ad suscipiendos sacros ordines propensius indicantur, mandamus, ut nullus canonicorum in ecclesia nostra vocem in capitulo habeat, nisi saltem in subdyaconatus ordine fuerit constitutus, mandamus eciam insuper omnibus canonicis dicte ecclesie in sacris existentibus, ut amplius nullum canonorum, qui non existit in sacris, ad capitulum suum admittant sub pape excommunicacionis late sentencie, quam contrafacien(tes) volumus incurtere ipso facto. Datum Curie.

[239] <Recognitio>

Nos decanus totumque capitulum ecclesie Curiensis recognoscimus et fatemur per presentes,

f. 38(37)<sup>v</sup> prout hactenus per statuta synodalia fuit observatum, quod nullas litteras seu processos quarumcumque<sup>a)</sup> executorum vel bullas graciam vel iusticiam continentis recipere consuevimus absque licencia speciali et littera vidimus domini nostri episcopi Curiensis, quod hoc idem eciam tenore presencium promittimus reverendo in Christo patri et domino nostro domino Johanni episcopo Curiensi<sup>1</sup> presenti fide data inantea fideliter observare, sic tamen quod prefatus dominus noster episcopus Curiensis iuxta posse suum nos super premissis manuteneat et defendat. In cuius rei evidens

---

[238]<sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1.

[239]<sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1.

testimonium sigillum nostri capituli presentibus duximus appendendum.  
Datum Curie die etc.

a) F.

[240] Citacio episcopi Johannis Nasonis

Johannes<sup>1</sup> dei etc. vobis domino A. plebano in Letsch<sup>2</sup> archydyacono vallis Venuste<sup>3</sup> vel eius vices gerenti salutem in domino. Mandamus sub pena suspensionis etc., quatinus citetis dominum priorem et conventum in Snals ordinis Cartusiensis<sup>4</sup> nostre dyocesis necnon Johannem Sprung et Luciam eius uxorem, quos et nos tenore presencium citamus, ut coram nobis in civitate Curiensi vel alibi, ubi morem traxerimus, compareant ad audiendum et concludendum necnon ferendum sentenciam per nos ac nomine et vice domini Jo. Steppach comendatoris in Schlanders<sup>5</sup>, qui nobis in hac parte vices suas commisit in causa depositi, que vertebatur et vertitur inter dictas partes coram nobis et dicto domino Jo. comendatore, proxima feria 2<sup>a</sup> post festum sancti Valentini, si dies iuridica fuerit, alias proxima die iuridica futura, quod pars altera contumace procedemus in causa, prout de iure fuerit procedendum. Datum etc.

Et de vestra execucione nobis per subscriptionem vestram fidem facientes et specialiter diem execucionis vestre exprimentes.

[241]

Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum deum pre oculis habentes visis et intellectis actis et actitatis in causa depositi, que vertitur inter honestam mulierem nomine Luciam quondam Jo. Rintlinger parte ex una et religiosos viros dominum priorem et conventum in Snals<sup>1</sup> ordinis Cartusiensis Curiensis dyocesis iurisperitorum consilio prehabito pronunciamus et discernimus prefatam dominam Luciam apud preno(minatum) priorem et conventum et monasterium in Snals per manus fratris Johannis conversum dicti ordinis deposuisse duas sciculas albas clausas et sigillatas necnon certa bona peccunias et alia clenodia in dictis ciculis et aliquibus sciculis et marsubiis eciam sigillata et obstructa apud dictum priorem conventum ac monasterium fore deposita, necnon pronunciamus dictos fratres

---

[240]<sup>1</sup> Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Latsch, Vinschgau. –

<sup>3</sup> Vinschgau, ital. Prov. Bozen. – <sup>4</sup> Karthäuserkloster Schnals, Vinschgau. – <sup>5</sup> Deutschordenskommende Schlanders, Vinschgau.

[241]<sup>1</sup> Karthäuserkloster Schnals, Vinschgau.

f. 39(38)<sup>r</sup> dicta bona pertractasse ac usurpasse dictasque sciculas et seras eorum rupisse per certa instrumenta absque clavum apertione necnon marsubiis absque scitu et voluntate dicte domine Lucie contractasse eidemque domine Lucie 62 markas in magnis et integrum cafferum et 30 markas in Bernensibus<sup>2</sup> cruciferis per priorem et fratres dicti monasterii restituere debere, similiter pronunciamus et discernimus omnia alia bona et clenodia, que dicta domina Lucia per iuramentum suum asserit in dictis duabus cistulis sacculis et marsubiis per ipsam fuisse deposita in dicto monasterio predictum priorem et conventum sibi domine Lucie integraliter restituere debere, insuper pronunciamus et discernimus apposiciones denegaciones perturbaciones per ipsum dominum p(riorem) et c(apitulum) factas dicte Lucie super ipso deposito fuisse fore temerarias illicitas et iniustas ipsique domino priori ac conventu dicti monasterii in expensas litis condempnantes, quarum expensarum taxacionem nobis imposterum reservamus.

[242] Forma donacionis personalis ad pia loca et rebus eiusdem

In nomine domini amen. Universis presencium inspectoribus salutem in domino cum noticia subscriptorum. Noverint cuncti, quos nosce fuerit oportunum, quod sub annis domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup> octavo etc. constituti personaliter coram nobis publice in figura iudicii venerandus in Christo pater et dominus B. de etc. abbas monasterii ordinis sancti Benedicti Curiensis dyocesis vice et nomine parte ex altera iam dictus C. per interpositam personam videlicet honorabilem dominum magistrum H. etc. canonicum ecclesie etc. in iudicio iudicialiter proposuit reconoscendo se suisque precessores multas virtutum et graciarum beneficia tam in spiritualibus quam et temporalibus in karitatis officiis loco priori illis teneamur obnoxii, a quibus beneficium nos reconoscimus suscepisse voluitque prefatus C. diem messionis extreme ob sui suorumque precessorum animarum salutem et divini cultus agmentacionem pietatis operibus prevenire ac eternorum intuitu semminare in terris, quid redeunte domino cum fructu multiplicato recolligere valeat in celsis. Quia propter id C. sanus corpore et componente sufficienti et longeva deliberacione prehabita non vi non dolo non fraude nec metu aliquibus circumventus, ut asseruit, sed libere ac ex causa mere pure presticionis et perpetue donacionis ad pias causas ac ad loca deo sacrata inter vivos solite et conswete melioribus modis ordinacione via iure

---

[241]<sup>2</sup> Münze von Verona.

oblacione et translacione, quibus melius et efficacius fieri potuit et consuevit, se ipsum illico in persona propria omniaque sua res et bona mobilia et inmobilia habita et possessa habenda et possidenda et specialiter ius f. 39(38)<sup>v</sup> universum hereditatis universalis ad dictum C. tamquam heredem legitimum ab intestato et unicum in ius subscripti defuncti intestati succedentem per mortem olim Gaudencii de etc. armigeri devolute licet per quandam Vrsulam relictam olim suprafati Gaudencii violenter detentate et de facto tamen, ut asseruit, possesse spontanee tytulo perpetue donacionis dationis oblacionis et translacionis iure pleno omni cum accione supradicto monasterio etc. in eadem stancia<sup>a)</sup> iudicij obtulit donavit dedit et irrevocabiliter tradidit transtulitque dictus C. se ipsum propria sua persona ac res bona et hereditatem suprascriptas cum omni iuris impetione accione causa et titulo sibi in dictis bonis rebus et hereditate competentibus directe vel indirecte per manus nostras autorizabiliter et translatim in supradictum monasterium etc. mediante persona supradicti domini B. abbatis nomine dicti monasterii ibidem in iudicio personaliter astantis ac suprafatam personam dicti C. res bona et hereditatem eiusdem prescriptas nomine dicti monasterii incialiter<sup>b)</sup> cum omni solemnitate verborum et gestuum ac consuetudine solita a nobis recipientis misitque coram nobis sepeditus donator et devotarius sepefatum dominum abbatem nomine dicti monasterii donatarii protunc, in quantum potuit de iure et de facto, in possessionem naturalem dicte sui ipsius persone necnon in possessionem omnium rerum bonorum ac hereditatis suprascriptorum, ita quod deinceps dictus dominus abbas nomine dicti monasterii de persona supradicta C. ac de bonis et rebus ipsius mobilibus et inmobilibus et specialiter de pretacta hereditate universa tamquam de aliis personis rebus et bonis ad dictum monasterium Fabariense<sup>1</sup> pleno iure pertinentibus et spectantibus valeat atque possit facere ordinare disponere agere et defendere, prout sibi nomine dicti monasterii visum fuerit expedire, dummodo limites iuris communis sive eciam privilegiorum regule seu statutorum dicti ordinis in huiusmodi de notariis conversis oblatis seu professis hactenus servatos non extendat, promisit quoque sepefactus C. nobis iudici suprascripto solemnni stipulacione adhoc hincinde accidente suprascripta sui ipsius persone rerumque bonorum ac hereditatis universalis supratakte oblaciones donaciones et translaciones ac omnia et singula premissa quemadmodum preferuntur perpetuo firma rata grata et inviolabiliter tenere et observare nec ullatenus ullo in tempore per

---

[242] <sup>1</sup> Benediktinerkloster Pfäfers, Bez. Sargans SG.

se seu per alium contra ipsa facere verbo vel facto seu de iure nec quavis causa contra ipsa venire quovis quesito ingenio vel colore, et ut premissa omnia perpetua et stabili gaudeant firmitate, idcirco sygillum iudicij ecclesie Curiensis presentibus est appensum. Ast ego C. de etc. suprascriptus.

a) *F. – b) F, mit Kürzungsstrich über ciua, wohl verschrieben (für?).*

[f. 40 fehlt]

[243]

f. (41)<sup>39r</sup> Officialis curie Curiensis universis prelatis rectoribus plebanis seu viceplebanis et plebeis per decanatum supra Siluam<sup>1</sup> ubilibet constitutis salutem in domino sempiternam. Quia in termino placiti christianitatis anni bisexstilis presentis vobis prefixo aliis arduis prepediti personaliter interesse non possumus, providum virum dominum Johannem Hak.<sup>2</sup> prebendarium altaris etc. siti in ecclesia Curiensi mittimus ad vos predicto placito christianitatis ac vice auctoritate nostra exequendo pariter et expediendo, dantes sibi plenariam potestatem ad omnia pertinencia ad huiusmodi placitum expediendi et exequendi ac sib<sup>a)</sup> personaliter interessesemus, ratum et gratum habentes totum et quidquid per ipsum factum fuerit in premissis, recommendantes eum vobis, ut per ipsum contemplacionem nostri favorabiliter recipiatis et pertractetis in quibus nobis talem complacenciam ostendatis, quam ergo vos et quemlibet vestrum cupimus deservire. In cuius rei testimonium sigillum iudicij ecclesie Curiensis duximus presentibus in primendum. Datum etc.

a) *F, statt si.*

[244] Monicio generalis

Officialis curie Constanciensis universis et singulis ecclesiarum parochialium rectoribus plebanis viceplebanis altaristis presbiteris et clericis ac notariis publicis per civitatem et dyocesim Constancensem ubilibet constitutis salutem in domino. Mandamus vobis, quatinus omnes et singulos notos debitores censuum decimarum anniversariorum mor(tis) legarum<sup>a)</sup> testamentorum remediorum aliorumque iurium et debitorum quorumcumque pertinencium et debitorum dilecto in Christo domino Hainrico cappel-

---

[243] <sup>1</sup> Dekanat Surselva. – <sup>2</sup> Wohl Johannes Gaiser gen. Hakmesser, Rector des Kreuzaltars in der Kathedrale, am 10. Juli 1409 (Or. BAC) bezeugt.

lano capelle beati Sebastiani site prope villam Schennis<sup>1</sup> Curiensis dyocesis tam nomine sue cappellanie quam aliis iustis et legitimis de causis diligenter moneatis, prout vobis fuerint nominati, quos et nos presentibus monemus, ut dicto domino Hainrico de premissis iuribus et debitis satisfaciunt aut alias amice se componant cum eodem infra vestre monicioni proxime novem dies, quos eis pro primo secundo tercio et peremptor(io) termino ac canonica monacione assignamus vel saltem ipsa nova die, si iuridica fuerit, si autem proxima sequenti coram nobis compareant causam rationalem, quare ad premissa non teneantur, ostensuri, alioquin ipsos, quos presentibus excommunicamus, excommunicatos publicetis, nomina excommunicatorum et rebellum nobis rescribendum, ut contra eosdem per graviores sentencias procedamus, presentibus post annum minime valituris. Datum etc.

a) *F*, statt legatorum.

### [245] Testamentum

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter, quod sub anno domini 1414 ind. 7 pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Johannis divina providencia pape 23<sup>1</sup> prima die mensis iunii hora sexta vel quasi diei eiusdem in ecclesia Curiensi et ibidem in sinistra

parte chori penes pulpitum, ubi psalmodia solent cantari, coram honorabili f. 41(39)<sup>v</sup> viro domino R. de Tr. decano ecclesie Curiensis<sup>2</sup> predicte tamquam suo ordinario iudice et coram me notario publico testibusque infrascriptis constitutus personaliter honorabilis vir dominus Burk. Aldr.<sup>3</sup> canonicus antedictae ecclesie Curiensis considerans, ut asseruit, ac in animo suo revolvens nil fore certius morte nil vero incertius hora mortis congruumque esse subvenire consangwineis et amicis sibi dilectis et specialiter filialem dilectionem ac promptam familiarium discretorum scolarium Rüdolfi geniti per quondam Marg. de Løtsch<sup>4</sup> necnon Werlin et Eliss. dictam etc. geniti fratr(um), que sibi dicti fratres cottidie impendunt et paratos atque promtos se exhibent et ne de bonis suis adeo sibi collatis aliqua dissencionis materia oriatur neque sic intestatus decedisse videatur, non vi non dolo aut fraude

---

[244] <sup>1</sup> Kapelle St. Sebastian, Gem. Schänis, Bez. Gaster SG.

[245] <sup>1</sup> Papst Johannes XXIII., 1410–1415. – <sup>2</sup> Rudolf v. Trostberg, 1387–1420 Domdekan, vgl. HS I / I, S. 549. – <sup>3</sup> Burkhard Aldrian, 1393 – † 1424 Domherr (Liecht. UB I / I, 147 – Necr. S. 105). – <sup>4</sup> Wohl Latsch, Vinschgau, ital. Prov. Bozen.

circumventus sed sanus mente et compos racione omni via iure modo causa atque forma mediantibus melius potuit et debuit, matura desuper deliberacione prehabita testamentaliter et irrevocabiliter legali ordinacione solita et consueta prefato Rüdolfo in primis legavit et deputavit ortum suum, quem emit a Hermanno dicto etc. pridem curie Curiensi(s) situm ante portam superiorem civitatis Curie confinantem ex uno latere communi strate, qua itur in etc., ex alio latere vie site retro vineam talem etc. situatum, de quo eciam orto cedunt ecclesie sancte Regule civitatis Curie<sup>5</sup> perpetuo censu 24 libre metzanorum cum omnibus iuribus attinenciis suis universis, quibuscumque nominibus censeantur. Item et eidem R. ex omnibus et singulis bonis et rebus suis mobilibus et inmobilibus post mortem ipsius domini Burk. derelictis C lib. d(en). Constancienses Curiensis estimacionis et prefato Werlino 15 lb. d(en). eiusdem monete deputavit et legavit non obstante omnium heredum suorum contradictione, promisit quoque dictus dominus Burkardus testator honorabili domino R. decano antescrito tamquam suo iudici ordinario et mihi notario subscripto solemptni stipulacione ad hoc hincinde accedenti prefatam legacionem et testamentalem ordinacionem quemadmodum preferuntur perpetuo ratam gratam inviolabiliter tenere et observare, renunciavitque idem dominus Burk. ac presencibus renunciat pro se et omnibus heredibus suis omni excepcioni mali doli fraudis decepcionis circumvencionis omnique iuris auxilio tam generalis quam specialis, que vel quibus mediantibus premissa omnia et singula umquam ullo in tempore in toto vel in parte quocumque super hoc quesito ingenio vel colore possent aliqualiter inpugnari cessari vel quomodolibet annulari. Et ut premissa omnia et singula firmius et stabilius observentur et observari valeant in futurum,

f. 42(40)<sup>r</sup> peciit idem dominus Burkardus testator debita cum instancia ab prefato domino Rüdolfo decano presens legacionis testamentum judiciali auctoritate, qua fungeretur, confirmari et approbari. Nos vero R. de Tr. rite et legitimate actum et factum adhibitis tunc hec omnibus et singulis solemptnatibus verborum et gestuum solitis et consuetis judiciali auctoritate qua fungimur approbabimus et confirmavimus ac presentibus approbamus et confirmamus. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostri decanatus presentibus duximus apponendum. Ut autem dictum testamentum et legalis ordinacio in suo robore firmius perseverent, nos Hartmannus dei et apo-

---

[245] <sup>5</sup> St. Regula, Kirche in Chur.

stolice sedis gracia electus et confirmatus in episcopum ecclesie Curiensis<sup>6</sup> omnia et singula premissa et ab honorabili viro domino Bur. prefato gesta et coram honorabili viro domino R. de Tr. decano suprascripto, sicuti premittuntur, ordinata et testata ad instantes preces eiusdem domini Burk. propabuimus<sup>a)</sup> et confirmavimus et auctoritate nostra ordinaria presentibus approbamus et confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus subappendi. Ego vero Burk. prefatus fateor, quod dictum testamentum ut prefertur perfeci et(iam) spontanee ac in bona valitudine, idcirco et meum sigillum proprium presentibus coappendi in testimonium omnium premissorum. Acta sunt hec anno inductione pontificatu die mense hora et loco quibus supra presentibus ibidem honorabilibus viris domino A. thessaurario, domino B. iudice et domino C. canonic(is) ecclesie Curiensis necnon providis viris domino Ja. cappellano altaris sancti Maur(icii)<sup>7</sup> sociorumque eius et domino Hainr. cappellano altaris sancti Jacobi apostoli<sup>8</sup> in sepedita ecclesia Curiensi sitorum testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Et ego Joh. dictus etc. dyocesis etc. presbiter publicus auctoritate imperiali notarius iuratus, quia prescriptis constitucioni proposicioni ordinacioni deputationi promissioni et peticioni sigillorumque prescriptorum appensioni omnibusque et singulis aliis, quemadmodum preferuntur, tempore et loco predictis unacum dictis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et in notam recepi, idcirco presens instrumentum manu mea conscriptum ad requisitionem prefati domini Burk. testatoris confeci et in hanc publicam formam redigi signoque et nomine meis solitis et debitibus consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum.

a) *F, statt probavimus.*

#### [246] Forma interlocutoria

Iudex etc. in causa peccuniarum mota coram nobis inter El. relictam et heredes olim Jo. Hüber actores ex una et A. B. et C. de valle Bretten(ou)e<sup>1</sup> reos parte ex altera propositis accionibus per dictos actores et excepcionibus dictorum reorum super declinacione fori etc. interloquendo pronunciamus, quod dicti rei feria f. 42(40)<sup>v</sup>

---

[245] <sup>6</sup> Hartmann II. v. Werdenberg-Sargans, 1388–1416, vgl. HS I / 1, S. 487. –

<sup>7</sup> Mauritius-Altar in der Kathedrale Chur, vgl. KDM GR VII, S. 101. – <sup>8</sup> Jakobs- oder Apostelaltar im nördl. Seitenschiff der Kathedrale, vgl. KDM GR VII, S. 99.

[246] <sup>1</sup> Prättigau, Tal.

quinta proxima post festum etc. proximo venturum coram nobis comparere et iusticiam recipere debent non obstante declinacione fori dant<sup>a)</sup>. R. licenciatus in decretis decanus ecclesie Curiensis<sup>2</sup> presencium inspectoribus universis salutem in domino et noticiam rei geste. Cunctis igitur innotescat, quod constituti coram nobis anno domini 1428 die vero 14 mensis septembris honorabiles domini An. etc. custos<sup>3</sup> et H. etc. canonici prebendati dicte Curiensis ecclesie in personis propriis iudici in figura iam dicto domino H. etc. vive vocis oraculo reus cognoscente prefatum dominum Anthonium suam domum seu curiam pheodi claustral is in castro Curiensi sitam cum orto et suis iuribus et pertinenciis universis sibi pure libere canonice et legaliter motu proprio caritatis per modum testamentarie legacionis ordinasse ac iuxta consuetudinem in talibus inter canonicos Curienses communiter observari consuetam irrevocabiliter legavisse, prout series et continencia litterarum desuper confectarum ac sigillis domini prepositi Curiensis et prelibati domini Anthonii communitarum apudque presencium recognitorem retentarum clarius manefestat pariter et pridem domus confinicias plenius describentes attendeus<sup>a)</sup>, igitur prefatus H. Eggh(ard)<sup>4</sup>, quod in officiis caritatis primo loco illis teneamur obnoxii, a quibus beneficia nos recognoscimus recepisse donatoriumque naturaliter suo obligari ad antithiodata<sup>a)</sup> donatori nolensque huiuscemodi accepti detestando reatum ingratitudinis immemor existere beneficii. Eapropter sepe factus dominus H. etc. sanus corpore et compos mente illico coram nobis 35 markas Curienses 8 libre metzz(an)orum pro qualibet marka computand(e) tamquam debitum in iure confessatum titulo donacionis condicionalis inter vivos instar donacionis causa mortis facte heredibus dumtaxat prefati domini An. veris seu per eundem Anthonium adsignanter substitutis et deputatis dicto domino Anthonio defuncto solvere dare et absque ulla alia contradictione expedire integraliter cum effectu donando iudicialiter promisit seque ad satisfaciendum de eisdem ac suos heredes effectualiter constrinxit et irretractabiliter etiam per solem pñem manuum hincinde stipulacionem factam efficaciter obligavit tali nempe modalitate condicionata adiecta, quod si sepe factus dominus Ant. premoriatur dicto domino Hainr. supervivente, quod extunc dominus H. suique heredes heredibus dicti domini Ant. ad solucio-

---

[246] <sup>2</sup> Betr. Hermann Bürser, 1426–1453 Domdekan (HS I / 1, S. 551), wie der Gradlicentiatus in decretis u. die Jahrzahl 1428 beweisen (nicht Rudolf v. Trostberg, 1387–1420). – <sup>3</sup> Anton Lentfrid, 1412 – † 1441 Domcustos, vgl. HS I / 1, S. 569. – <sup>4</sup> Heinrich Egghard, 1428–1438 Domherr, Generalvikar, vgl. HS I / 1, S. 516.

nem et satisfaccionem pretectarum 35 markarum quemadmodum prefertur teneantur astricti et obligati.

In quorum efficaciam et securitatem cerciorem sepedictus dominus H. et omnia sua res et bona mobilia et immobilia habita et habenda ubilibet sita etiam fructus sue prebende canonicalis in dicta ecclesia Curiensi exnunc prout extunc nomine veri collati et realiter traditi et assignati pignoris usque ad solucionem et satisfaccionem congruam pretectarum 35 markarum pro se et suis heredibus obligavit et tamquam realiter presencia tradidit et assignavit per tenorem efficaciter obligat tradit et assignat, si vero casu mutato sepefatum dominum H. etc. predefungi contigerit suprascripto domino Anthonio superveiente<sup>b)</sup> est condicuum expressum et notanter conventum presentis donacionis ad ordinacionem et prespecificati debiti oblationem promissionisque obligacionem extunc fore vicibus privatam mortuam et extinctam nulliusque penitus momenti subsistere ipso iure sepefatumque dominum H. ac suos heredes ad pretactum debitum minime teneri seu quoquomodo obligari, et ut premissa omnia et singula per me sepefatum H. quemadmodum prefertur gesta promissa donata facta et in me meosque heredes sponte suscepta irrefragibili tamquam in se vera gaudeant firmitate, idcirco sigillum meum proprium in ratificacionem fassionem et conservacionem omnium premissorum unacum sigillo suprafati domini decani presentibus de mea certa sciencia est appensum. Nos quoque R. Bürser prelibatus sigillum nostri decanatus prescripti ad instantes preces dictorum dominorum Anth. et Hainr. in robur efficax et testimonium premissorum presenti recongnicioni apposuimus subimpensum. Datum etc.

Ymo quod plus est dictus dominus H(ainri)cus astrinxit et efficaciter obligavit se et suos heredes, si et in quantum prescriptus dominus Anth. nature debitum persolveret, ipso scilicet domino H(ainri)co superveiente<sup>b)</sup> et eciam non apprehenderet nec apprehendere vellet aut cuperet curiam, quod ex tunc nichilominus ipse dominus H(ainri)cus et sui heredes astricti forent heredibus predicti domini Anthonii ad totalem solucionem dictarum 35 librarum vel markarum equemodo ac si dictus dominus Hainricus possessionem prenominate curie realiter et corporaliter apprehendisset.

a) F. – b) F, statt supervivente.

[247]

Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus universis cupimus esse notum, quod constitutus coram nobis in iudicio providus vir C. de R. armi-

ger una cum filio suo naturali Merk. de R. anno domini 1428 die X<sup>a</sup> mensis iulii hora primarum vel quasi diei eiusdem proposuit, quod reverendus in Christo pater et dominus dominus Johannes dei gracia episcopus<sup>1</sup> et ecclesia Curiensis sibi solvere tenentur inter alia debita centum

f. 43(41)<sup>v</sup> et LV f. de Vngaria, quos quidem florenos non vi non dolo nec ulla fraude circumventus sed sanus corpore et compos mentis sufficientique delibera-  
cione prehabita melioribus via et modo, quibus efficacius fieri posset, do-  
nare vellet ac eciam donavit et presentibus donat donacione solita et iure  
proprietas tamen causa mortis sponte et libere predicto filio suo M. pre-  
nominatos C et LV florenos in manus nostras et inde per manus nostras  
auctorizabiliter in manus prescripti M. et curatoris ipsius scilicet Johannis  
Ha(gen) civis Curiensis<sup>2</sup> ibidem presentis et huiusmodi donacioni consen-  
tientis et manualiter dicti Merk. nomine suscipientis astantibus eciam ibi-  
dem iudicialiter honorabilibus viris domino H. Bürser decano<sup>3</sup>, domino  
Ant. Lent(frid) custode<sup>4</sup>, domino Johanne Niger<sup>5</sup> et domino Jo.  
Lupp(fensak)<sup>6</sup> canonicis ecclesie Curiensis necnon Ludwico de Hornst.<sup>7</sup> et  
Hainrico de Sigberg<sup>8</sup> armigeris, quosquidem dominos sepedicto Cūnr. pro  
executoribus prescripte donacionis deputavit et deputat per presentes,  
adiectum tamen prenominatus Cūnr. de R. si et inquantum dictus suus  
filius Mārk diem suum clauderit extreum ipso Cūnr. superstite perma-  
nente, quod extunc prefata summe peccunie viceversa ad ipsum Cūnr. de  
R. et heredes suos devolvi debet realiter cum effectu. In cuius rei evidens  
testimonium sigillum iudicij ecclesie Curiensis duximus presentibus ap-  
pendendum. Acta sunt hec sub porticu ecclesie Curiensis, ubi tribunal in  
causis iudicariis sedere consuevimus. Anno die mense hora etc. ut supra.

[248]

Nos Johannes dei et apostolice sedis gracia episcopus Curiensis<sup>1</sup> notum  
facimus omnibus presentes litteras inscripturis<sup>a)</sup>, prout spectabilis comes  
palatinus dominus Jo. Andree Casp. quondam Johannis Galdrini de Bono-

---

[247] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Vgl. [71], Anm. 2.–  
<sup>3</sup> Hermann Bürser, 1426–1453 Domdekan, vgl. HS I / 1, S. 551. – <sup>4</sup> Anton Lentfried, 1412 –  
† 1441 Domcustos, vgl. HS I / 1, S. 569. – <sup>5</sup> Johann Schwarzhans (Niger), 1398 – † 1446  
Domherr, 1434–1446 Domscholaster, vgl. HS I / 1, S. 559. – <sup>6</sup> Johann Lupfensack, 1424 –  
† 1446 Domherr (Necr. S. 105, 39). – <sup>7</sup> Ludwig v. Hornstein (nö. Sigmaringen BW). –  
<sup>8</sup> Heinrich v. Siegberg (Gem. Göfis, Vorarlberg).

[248] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489.

nia<sup>2</sup> licenciatus in decretis sex personas dyocesis nostre Curiensis videlicet Andream, Anthoninam et Annam ac Gubertum, Rudolf(um) et Joh(annem) filios et filias quondam Augustini de Salicibus<sup>3</sup> armigeri genit(os) ab eo illegitime ex duabus mulieribus solut(is) sua legitima uxore vivente ad successionem paternam legitimavit et habilitavit ipsisque omnem maculam et defectum, quam ex odiose nativitatis origine paciuntur, ac si forent legitime procreati, auctoritate serenissimi principis et domini domini Caroli quarti Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi Bohemie regis abstersit, quam eciam legitimacionem honorabilis in Christo dominus Guido de Ottobonis de Forliuio<sup>4</sup> decretorum doctor vicarius domini nostri pape curie episcopalnis Bononiensis in spiritualibus generalis approbavit et confirmavit, prout in litteris

desuper confectis plenius continetur, similiter serenissimus princeps et do- f. 44(42)<sup>r</sup>  
minus dominus Sig. Romanorum rex etc. dictas personas legitimavit et  
habilitavit, prout eciam in litteris suis desuper confectis plenius liquet, sic  
eciam omni modo via et iure et forma, quibus melius et efficacius possu-  
mus, predictam legitimacionem habilitacionem et restitucionem presenci-  
um auctoritate tamquam loci ordinarius approbamus ratificamus et con-  
firmamus decernentes ipsam roboris firmitatem habere et quemcumque  
locum devenerint, ita quod dicti Andreas, Anthonia et Anna ac Gu., Rū. et  
Jo. possint et valeant succedere predicto quondam Augustino eorum patri  
in omnibus bonis mobilibus et inmobilibus per ipsum derelictis ac si ex  
legitimo thoro forent procreati, contradictione cuiuslibet non obstante, mit-  
tententes predictos Andream, Anthoniam et Annam ac Gu., Rū. et Jo. in cor-  
poralem et realem possessionem omnium dictarum rerum mobilium et  
inmobili, quibuscumque nominibus censeantur, ex primo et 2º decreto,  
adhibitis ad hoc omnibus solemnitatibus debitibus et consuetis. In cuius rei  
firmum testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum.  
Datum in castro nostro Curiensi die 28 mensis augusti 1426.

a) *F*, statt inspecturis.

### [249] Forma salvi conductus

In nomine domini amen. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod nos  
R. comes de etc. dominus in Veltk(irch)<sup>1</sup> et H. comes de etc. dominus in

---

[248] <sup>2</sup> Bologna. – <sup>3</sup> Augustin v. Salis, 1383 – † 1416. – <sup>4</sup> Forli, ital. Stadt u. Prov.

[249] <sup>1</sup> Rudolf V. v. Montfort-Feldkirch, 1357 – † 1390.

Vadutz<sup>2</sup> matura deliberacione prehabita in omnibus et singulis territoriis terris et districtibus nobis et utrique nostrum subiectis pro nobis et omnibus nostris prescriptis dominiis pertinentibus aliisque nostris familiaribus sociis et amicis providis et discretis viris Pagano de etc. et Marco eius filio Clauenne<sup>3</sup> habitantibus eorumque heredibus in ipsorum et cuiuslibet eorum personis bonis et rebus, quibuscumque nominibus censeantur, plenum firmum et securum conductum dedimus exhibuimus et prestavimus ac damus exhibemus et prestamus presencium per tenorem fideliter bona fide presentibus ad spacium quinque annorum proximo futurorum a data presencium computandorum in firmo et vallido robore permansuris. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium sigilla nostra comitum predictorum de nostra certa sciencia et mandato pro nobis et nostris heredibus presentibus tergotenus sunt appensa. Datum etc.

f. 44(42)<sup>v</sup>

[250] Sepultura <ratione ecclesiastici interdicti>

Johannes<sup>1</sup> etc. Licet ecclesia t. sit supposita ecclesiastico interdicto ex parte etc., indulgemus tamen, ut corpus tale etc. tradatur ecclesiastice sepulture et ea die, qua sepelitur, relaxamus interdictum, ita quod pro eodem defuncto exequie possunt solemniter celebrari. Datum etc.

[251] Sepultura <ratione hominis non communicati>

Vicarius etc. plebanum in tali loco salutem in domino. Licet Anna Martellin diem suam clausurit extremum et non communicaverit infra annum, ratione cuius deberet carere ecclesiastica sepultura, quia tamen, ut ad nos devenit, fuit bona katholica, de gracia speciali dispensantes indulgemus, ut corpus eiusdem mulieris tradatur ecclesiastice sepulture. Datum etc.

[252] <Dimissorialis ad alias dioceses pro presbitero laicali>

Reverendis in Christo patribus ac dominis dominis archiepiscopis episcopis et eorum vicariis in spiritualibus graciam et communionem sancte sedis apostolice habentibus universis Renhardus Dublat vicarius reverendi in Christo patris et domini nostri domini Jo. dei et dicte sedis apostolice gra-

---

[249] <sup>2</sup> Heinrich V. v. Werdenberg-Sargans, Herr zu Vaduz FL, 1355 – † 1397. – <sup>3</sup> Chiavenna, ital. Prov. Sondrio.

[250] <sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1.

cia episcopi Bas(iliensis)<sup>1</sup> generalis reverenciam debitam in omnibus et honorem. Cum discretus dominus N. ob spem piginioris<sup>a)</sup> fortune ad alienas dyocesses desideret se transferre et inibi, prout deo placitum fuerit, demorari speretque ibidem aliquod beneficium ecclesiasticum adipisci et ut ad hoc litteras dimissoriales sibi dare humiliter supplicarit, igitur vestram universitatem requiro et exhortor in domino, quatinus, cum dictus dominus N. ad vestras dyocesses declinaverit, ipsum ad earundem dyocesum presbiterum recipere et permittere, ut suum sacerdotarie officium libere valeat exercere, eique si se locus obtullerit, de aliquo beneficio ecclesiastico providere dignemini gracie, de ipsius N. vita et conversacio honestatis quantum humana nosce sunt fragilitas adque presbiter seculorum existit, testimonium laudabile perhibeo litteras per presentes, quas pro dimissoriis et in testimonium premissorum sibi duxi concedendas sigilli N., quo utor in hac parte, appensione roboratas sub anno etc.

a) *F*, statt pinguioris.

#### [253] <Dimisorium abbatis pro fratre ad alia monasteria>

Universis et singulis prelatis rectoribus plebanis et viceplebanis, ad quos presentes pervenerint, nos C. prepositus monasterii in Chur(walde)<sup>1</sup> ordinis Premonstratensis Curiensis dyocesis obedienciam et reverenciam tam debitam quam condignam. Cupimus esse notum, quod religioso viro Caspar(i) Sünner conventuali nostro dicti ordinis ex certis causis animum nostrum moventibus damus et concedimus liberam licenciam

in quocumque monasterio dicti nostri ordinis standi et remanendi et curam animarum ad huiusmodi monasteria pertinentem et eciam alibi propterea monasteria regendi et officium suum sacerdotale exercendi ipsumque in foro penitenciali a discreto sacerdote absolvendi ad decennium proximum a data presencium computandum. In cuius rei testimonium sigillo nostro prepositure duximus presentibus appendendum. Datum etc.

f. 45(43)<sup>r</sup>

#### [254] Forma indulti

Johannes<sup>1</sup> etc. vobis potestati consilio ac toti communitati vallis Pusclaffii<sup>2</sup> indulgemus et concedimus per presentes, ut singulis annis in festo nativi-

[252]<sup>1</sup> Reinhard Dublat, 1429–1430 Generalvikar des Basler Bischofs Johannes IV. v. Fleckenstein, 1423–1436, vgl. HS I / 1, S. 239.

[253]<sup>1</sup> Konrad III., 1416–1428 Propst des Prämonstratenserklosters Churwalden, Gem. u. Kr., vgl. HS IV / 3, S. 313.

[254]<sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Poschiavo, Tal, Gem. u. Kr.

tatis Marie, que est 8 mensis septembbris, ac septem diebus sequentibus inclusive nundina volumus gaudere omnibus libertatibus et privilegiis, prout alie nundine in ecclesia nostra Curiensi gaudere consueverunt, insuper concedimus, ut statutis vestris presentibus uti libere in futurum possetis absque alicuius contradictione usque ad revocationem nostram. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus inprimendum. Datum etc.

[255] Nota <licentiam celebrandi>

Vicarius reverendi in Christo patris et domini domini Ottonis dei gracia episcopus<sup>a)</sup> Constanciensis<sup>1</sup> in spiritualibus generalis dilecto in Christo Hainr(ico) quondam N. Hainrici de N. presbitero Basiliensis<sup>2</sup> dyocesis salutem in domino. Licet in civitate et dyocesi Constancensi ignotus et presbiter Basiliensis dyocesis existas et pro parte Hartm. Ne. plebius<sup>b)</sup> civitatis et dyocesis Const(anciensis) predictarum publice celebrares, fueris iure ac statuto sinodali dicti domini nostri episcopi prohibitus, quare tamen de ordinacione tua canonica et aliis animum nostrum ad huiusmodi dispensacionis graciam moventibus idcirco tecum, ut premissis non obstantibus alia tamen cessante canonico impedimento in susceptis ordinibus in civitate et dyocesi Const(ancensi) predictis ministrare plebius<sup>b)</sup> celebrare publice valeas, auctoritate domini nostri episcopi nobis in hac parte commissa dispensamus volentes, quod premissorum occasione ordinar(ia) in locis nobis subiectis minime repellaris. In cuius rei testimonio presentes litteras nostri sigillo vicariatus officii munitas tibi duximus concedentes. Datum etc.

a) *F*, statt episcopi. – b) *F*.

[256]

Universis et singulis presentium inspectoribus N. dei et sedis apostolice gracia episcopus Signensis<sup>1</sup> suffraganeus reverendi in Christo patris ac domini domini H. episcopi Curiensis<sup>2</sup> salutem in domino et sinceram caritatem. Noverint quos nosce fuierint oportunum, quod cum A. uxor legitima B. civis Curiensis habeat exulare hincinde ad

---

[255] <sup>1</sup> Otto v. Hachberg, 1410–1434 Bischof von Konstanz, vgl. HS I / 2, S. 343. – <sup>2</sup> Basel.

[256] <sup>1</sup> Konrad Simplizi, 1411–1418 Churer Weihbischof (episcopus Signensis), vgl. HS I / 1, S. 508. – <sup>2</sup> Bischof Hartmann II. v. Werdenberg-Sargans, 1388–1416, vgl. HS I / 1, S. 487.

diversas partes, que conscientia compulsa nobis confitebatur omnia sua f. 45(43)<sup>v</sup>  
pacta, que ad memoriam revocare potuit, de quibus eciam ipsam absolvimus  
auctoritate ordinaria, unde ipsam omnibus et singulis sacerdotibus  
recommendamus et si opus fuerit sibi omnia sacramenta ecclesiastica au-  
dacter tradatis eique sepulturam ecclesiasticam si occurrerit non denegan-  
tes ipsam oracionibus fidelium recommendingando. Datum Curie etc.

[257] <Autoritas audiendi confessionem ab episcopo confessori  
concessam etiam in casibus episcopalibus absolvendi>

Johannes<sup>1</sup> etc. dilecto A. ordinis fratrum etc. salutem in domino. Concedimus vobis auctoritatem audiendi confessionem omnium hominum utriusque sexus et eisdem penitenciam salutarem pro pecatis eorum iniungendi et ex speciali dono gracie auctoritate presencium condonavimus vobis auctoritatem absolvendi 10 personas in casibus episcopalibus, qui sequuntur, primo blasphem(a)tores sortigol.<sup>a)</sup> falsum testimonium ferentes periuros occultos seu manifestos, prohibemus omnibus illis, quibus specialiter commisimus, absolucionem omnium homicidarum, item prohibemus absolucionem super non contractu matrimonii clandestine, item absolucionem oppresorum puerorum, item pro quolibet casu episcopali confessor(es) iniungant pro penitencia pauperibus, ut solvant unam libram cere pro fabrica matricis ecclesie dantibus vero iniunctant, ut solvant duas vel 3<sup>s</sup> libras cere, prout facultates eorum suppetunt. Datum.

a) *F*, statt sortileg(os).

[258] <Licentia confitendi in habitatione domestica>

Johannes<sup>1</sup> etc. Generose domine Elisabete de Liecht(enberg)<sup>2</sup> uxori legitime domini Egg. de Vilanders<sup>3</sup> militis salutem in domino sempiternam. Illa vobis libenti concedimus favore, que animabus vestris novimus esse fructuosa. Hinc est quod nos vestris in hac parte suplicationibus inclinati, ut vobis liceat unum idoneum et honestum sacerdotem in confessorem eligere quem volueritis nostre dyocesis, qui vobis vestris liberis et familiaribus domesticis auctoritate nostra ordinaria audiat confessiones in casibus episcopalibus nobis a iure reservatis et super peccatis vestris, que sibi confi-

---

[257]<sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1.

[258]<sup>1</sup> Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1. – <sup>2</sup> Elisabeth v. Lichtenberg (Gem. Prad am Stilfser Joch, Vinschgau, ital. Prov. Bozen). – <sup>3</sup> Villanders, ital. Prov. Bozen.

tebimini, absolvat et penitenciam iniungat salutarem presentibus indulgemus. Datum in castro nostro Fürst(enberg)<sup>4</sup> etc.

[259] <Auctoritas absolvendi oppressores infantuli>

Johannes<sup>1</sup> etc. discreto viro t. plebano etc. salutem in domino. Ex parte A. et B. eius legitime uxoris deductum est ad nos, quod infantulus eorum etatis quasi trium mensium nuper in loco ipsorum per ipsos eis quasi dormientibus oppressus existat quodque propter eorum incuriam petunt absolvi ac ipsis iniungi penitenciam et emendam salutarem, vobis ergo committimus et mandamus, quatinus confessione(s) dictorum parentum audiatis et de prefata incuria in fatali penitenciam salutarem eis iniungatis, videlicet ut uterque eorum pro emenda tribus diebus dominicis dictam ecclesiam nudis pedibus ac capitibus circumeat

f. 46(44)<sup>r</sup> ante crucem et, dum in eisdem diebus divinum officium peragitur, stent ante fores dicte ecclesie orando singulis dictis diebus dominicis quilibet C°. pater noster et tot Ave Marie ac quod omnibus fereys sextis per totum annum ieiunent et deinceps ullum infantulum iuxta se ad locum recipient vel teneant, et deinde eos in forma ecclesie absolvatis.

[260] <Absolutio mulieris a sententia excommunicationis canonis propter lesionem presbiteri>

Vicarius in spiritualibus etc. plebano in etc. salutem in domino. Licet Anna Våssli iniecerit manus violentas in dictum Judocum Frōwis presbiterum ita et quod sanguis emanavit, ratione cuius incidit sentencias excommunicationis latas a canone Si quis swadente XVII q IIII. Quia tamen prefata Anna cum eodem presbitero compo(s)i(ta) est et mulieres privilegiati sunt, quod in tali casu non mittuntur pro absolucione ad sedem apostolicam, sed absolucio earum ordinariis reservatur, dictaque Anna nobis promisit adimplere penitenciam et emendam iniungendam, predictam Annam auctoritate ordinaria qua fungimur in hac parte, quam a dictis sentenciis absolvimus, sic absolutam publice nuncietis. Datum Curie etc.

---

[258]<sup>4</sup> *Fürstenburg, Gem. Mals, Vinschgau.*

[259]<sup>1</sup> *Bischof Johannes von Chur, vgl. [1], Anm. 1*

[261] <Absolutio alicuius presbiterum ledentis a sentencia  
excommunicationis>

Vicarius etc. Licet A. de Raschäm<sup>1</sup> iniecerit manus violantas in dominum B. rectorem ecclesie ibidem, ratione cuius incidunt sentencias excommunicationis maioris, quia tamen dicta iniuria ut invenimus est leve et sine effusione sangwinis, mandamus vobis, quatinus prescriptum A., quem propter hoc de consensu dicti domini B. a prescriptis sentenciis absolvimus, sic absolutum publicetis. Datum Curie etc.

[262] <Licentia accipiendo confessorem absolventem  
auctoritate superiori(s) concessa>

Theodericus episcopus Signensis<sup>1</sup> reverendi in Christo patris et domini domini H.<sup>a)</sup> dei gratia episcopi Curiensis<sup>2</sup> vicarius in spiritualibus generalis Johanni Litscher<sup>3</sup> opidano in Veltk(irch)<sup>4</sup> ac Kat. eius uxori legitime salutem in domino sempiternam. Ut animabus vestris salubrius consulatur, auctoritate qua fungimur in hac parte vestre in domino indulgemus devocioni, quatinus vobis liceat discretum presbiterum execucionem sui officii habentem et alias ydoneum in confessorem eligere, qui super peccatis, que sibi confitebimini, nisi talia fuerint, propter que ordinarius loci seu ipsius superior sit merito adeundus, vobis auctoritate nostra provideat de absolucionis beneficio et penitencia salutari presentibus ab hinc, quociens fuerit oportunum, usque ad octavas pasce proxime venturas dumtaxat et non amplius vallituris harum testimonio litterarum. Datum etc.

a) *Es folgt dig<sup>m</sup>, wohl irrt. statt dei gratia, das dann folgt.*

[263] <Licentia presbiteri accedendi alias provincias  
et testificatio christianitatis eius>

Paulus de Praga<sup>1</sup> canonicus ecclesie Pragensis vicarius in spiritualibus et curie episcopalnis Olomucensis<sup>2</sup> officialis vobis domino Nicolao dicto Schranda

plebanio ecclesie parochialis in Segnitz<sup>3</sup> presbitero Olomucensis dyocesis f. 46(44)<sup>v</sup>

---

[261]<sup>1</sup> *Viell. Ruschein, Kr. Ilanz.*

[262]<sup>1</sup> *Dietrich, 1392–1398 Churer Weihbischof* (episcopus Siginensis), vgl. *HS I / 1*, S. 508. – <sup>2</sup> *Bischof Hartmann II. v. Werdenberg-Sargans, 1388–1416*, vgl. *HS I / 1*, S. 487.

– <sup>3</sup> Am 12. März 1409 (*Or. BAC*) als *Stadtammann* bezeugt. – <sup>4</sup> *Feldkirch, Vorarlberg*.

[263]<sup>1</sup> *Prag.* – <sup>2</sup> *Olmütz, Mähren.* – <sup>3</sup> *Gross-Senitz, w. Olmütz.*

salutem in domino sempiternam. Quia propter defectum, quem patimur propter voraginem ignis, et ex aliis certis causis vestrum animum moventibus ac ob spem pingworis fortune ad alienas dyoceses transferre inibique morari intend(itis), quam ob rem instantes preces vestras vobis tenore presencium auctoritate ordinaria plenam licenciam concedimus, ut vestrum sacerdotale officium ubilibet locorum, ad quem perveneritis et in quibus vos morari contigerit, libere et licite exercere valeatis atque possitis beneficiumque ecclesiasticum cum cura vel sine cura, dum tamen voluntas et consensus ordinarii loci illius, ad quem perveneritis, intervenerit, valeatis obtinere debita natura naturaque et conversacionibus vestris, in quantum humana sunt fragilitas, laudabile testimonium perhibemus vos virum catholicum sectam hereticorum dampnatorum Jo. etc. et Jo. etc. ipsorum sequacium detestantem hominem integri status et bene conservatum coram universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis publice proficientes vos ab obediencia nostra pro hac vice absolventes. In cuius rei testimonium sigillum vicariatus ecclesie Olomucensis presentibus duximus appendendum. Datum Olom. anno etc.

[264] <Commissio absolutionis>

Wilhelmus etc. episcopatus Tridentini<sup>1</sup> in spiritualibus vicarius generalis discreto plebano etc. salutem in domino. Quia piarum mencium est timere culpam verbi, tamen culpa minime reperitur et proinde honesta matrona Anna etc. olim famula domini Leonh(ardi) etc. per quendam alium presbyterum imperfectus, cuius pretextu idem Anna aliqualem sibi formidat conscientiam. Quapropter tenore presencium tibi committimus, quatinus audita confessione dicte Anne ipsam ab excommunicationis vinculo, si quod saltem pretextu dicte interfectionis incurrit, inposita penitencia salutari nostra auctoritate absolvas, vices tibi in hac parte committimus plenarias etc.

[265] <Presentatio>

Honorabilibus Christo dominis R. comiti de Werdenberg de Sangans preposito<sup>1</sup>, H. Bürser decano<sup>2</sup> totique capitulo ecclesie Curiensis dominis no-

---

[264]<sup>1</sup> Trient.

[265]<sup>1</sup> Rudolf v. Werdenberg-Sargans, 1380–1433 Dompropst, vgl. HS I / 1, S. 539. –

<sup>2</sup> Hermann Bürser, 1426–1453 Domdekan, vgl. HS I / 1, S. 551.

stris graciosis W. Fröwis<sup>3</sup> minister necnon consules oppidi in Veltk(irch)<sup>4</sup> Curiensis dyocesis communiter et divisim reverenciam et obedienciam tam debitas quam eciā condignas. Ad altare beatorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum situm in ecclesia parrochiali sancti Ni(colai)<sup>5</sup> in Veltk(irch) extra cancellos et latere sinistro iuxta angulare eiusdem mense vestri capituli incorporate et unite vacans ex morte olim honorabilis domini G. Schedler

ultimi cappellani eiusdem, cuius ius patronatus seu presentandi cappellatum ad nos tamquam ad maiorem et saniorem partem consulum in Veltk(irch) spectare dinoscitur pleno iure, discretum virum C. Stainli<sup>6</sup> sacerdotem utique probum et honestum reverencie vestre duximus presentandum ac presentibus presentamus rogantes cum ipso pariter et pro eo, quatinus ipsum C. Stainli sacerdotem de cappellania seu dono altaris prenominati cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dignemini investire cum sollempnitatibus debitibus et consuetis. In cuius rei testimonium sigillum opidi nostri in Veltk(irch) duximus presentibus appendendum. Datum et actum in Veltk(irch) 1428 die 16 mensis etc.

f. 47(45)<sup>r</sup>

### [266] <Provisio>

R. comes de Werdenberg de Sargans prepositus<sup>1</sup>, H. Bürser licenciatus decanus<sup>2</sup> totumque capitulo ecclesie Curiensis dilecto nobis in Christo decano vallis Trisanie<sup>3</sup> salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis providum virum dominum C. Stainli<sup>4</sup> de Veltk(irch) presbiterum a circumspectis viris W. Fröwis<sup>5</sup> ministro et consulibus opidi in Veltk(irch) ut supra mense prefati capituli nostri unita et incorporata vacant(is) per mortem olim domini G. Schedler presbiteri eiusdem altaris ultimi prebendarii, ad quos eciā presentacio sive collacio dicti altaris pleno dinoscitur iure pertinere. Cum autem institucio seu incuracio prebendarii dicti altaris ad nos nostrumque capitulo dinoscitur pertinere, nos ipsum dominum C. Stainli de dono altaris prescripti investivimus et vestimus<sup>a)</sup> adhibitis in premissis sollempnitatibus debitibus et consuetis. Quare vos in domino exhortamur,

[265] <sup>3</sup> Wilhelm v. Fröwis, 1428–1433 Stadtammann. – <sup>4</sup> Feldkirch, Vorarlberg. – <sup>5</sup> 12-Apostel-Altar in der Pfarrkirche St. Nikolaus. – <sup>6</sup> Konrad Stainli, nach seinem Tod 1479 (Or. BAC v. 19. April 1479) wird sein Nachfolger präsentiert.

[266] <sup>1</sup> Rudolf v. Werdenberg-Sargans, 1380–1433 Dompropst, vgl. HS I / 1, S. 539. – <sup>2</sup> Hermann Bürser, 1426–1453 Domdekan, vgl. HS I / 1, S. 551. – <sup>3</sup> Dekanat Walgau (vallis Trusiana), Vorarlberg. – <sup>4</sup> Konrad Stainli, 1479 als verstorben erwähnt (Or. BAC v. 19. April 1479). – <sup>5</sup> Wilhelm v. Fröwis, 1428–1433 Stadtammann.

quatinus sepefatum dominum C. Stainli in possessionem perpetui vicarii sepedicti altaris cum omnibus et singulis suis iuribus redditibus proventibus consuetudinibus et pertinenciis universis inducatis corporalem vel quasi inducentes ipsius altaris censuarios et colonos, ut de eisdem sibi integraliter respondeant. In quorum evidens testimonium sigillum prefati capituli nostri presentibus duximus appendendum. Datum et actum in capitulo nostro Curiensi anno 1429 die 4<sup>a</sup> mensis apprilis, ind. etc.

a) *F, statt investimus.*

[267] <Institutio decani Engadine>

Johannes dei et apostolice sedis gratia episcopus Curiensis<sup>1</sup> honorabilibus viris prepositis prioribus plebanis viceplebanis vicariis cappelanis ceterisque personis ecclesiasticis per decanatum Engadine<sup>2</sup> superioris et inferioris constitutis nostre dyocesis salutem in domino sempiternam. Quia honestum virum dominum Jacobum Plant decanum<sup>3</sup> per dictum decanatum constituimus et fecimus domino Dietrico priore decano presentibus

f. 47(45)<sup>v</sup> revocato, idcirco vobis omnibus et singulis supradictis in virtute sancte obediencie precipimus et mandamus, quatinus dictum dominum Jacobum in vestrum teneatis decanum sibique in omnibus pareatis et obediatis tamquam vero vestro decano et sicut ceteris vestris decanis hactenus facere consuevissetis, cum eidem auctoritatem dederimus, quam alii decani haberent temporibus retroactis, usque ad nostram revocationem. Ceterum vobis et cuilibet vestrum precipimus et mandamus, ut dicto vestro decano modis omnibus cooperari velitis efficaciter et assistere, ut examen inquisitionis placiti christianitatis et matrimonia execucioni debite demandentur, quodque sibi sub pena excommunicacionis late sentencie trium dierum monitione previa sibi nostro nomine respondeatis et satisfaciatis de cathedralico et collecta solita in anno bisextili et annis communibus. Item volamus, ut nullus sacerdos admittatur ad divina, nec prius doceat de formata et de testimonio bone.

---

[267] <sup>1</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>2</sup> Dekanat (Ober- u. Unter-)Engadin. – <sup>3</sup> Jakob Planta, anstelle des abgesetzten Dekans Dietrich, vgl. HS I / 1, S. 525.

Nos Hermanus Bürser decanus<sup>1</sup> totumque capitulum ecclesie Curiensis notum facimus universis et singulis presentes litteras audituris seu inspecturis, quod nos in loco capitulari sive in capitulo nostro Curiensi ad hoc solito et consueto premissis ac prehabitatis in hac parte multiplicibus tractatibus ac deliberacione matura et congruenti intuitu et contemplacione reverendi in Christo patris et domini nostri graciosi domini Jo. dei et apostolice sedis gratia episcopi Curiensis<sup>2</sup> cum provido viro C. Theoderico<sup>3</sup> clericu Maguntinensis<sup>4</sup> dyocesis occasione cuiusdam pretensi iuris super ecclesia nostra in Mals<sup>5</sup> ut asseruit habiti amicabiliter compositi complanati et expediti sumus atque concordamus et convenimus in hunc videlicet modum, quod nos et nostri successores dicto C. Theoderici in antea pro tempore vite sue et non ultra seu ipsius certo nuncio ad hoc speciale mandatum habenti singulis annis octo markas Merani<sup>6</sup> monete sive 20 tugatos in auro bonos et legales vel ipsorum equivalenciam in civitate Curiensi medietatem super festo sancti Hilarii episcopi et aliam medietatem super festo sancti Georii martiris absque diminuzione protractione contradictione et resistencia quibuscumque dare solvere et expedire debemus et tenemur, et si in dictis loco et terris eidem C. Theoderici seu eius procuratori sive nuncio ad hoc legitime constituto et speciale mandatum habenti predicte pecunie summa per nos sive nostros successores post octavas predictorum terminorum sive festorum a tempore requisicionis tradita data et soluta non fuerit,

quovis anno pro sue vite tempore tunc promisimus et promittimus presencium per tenorem, quod ratione retardate sulucionis<sup>a)</sup> debemus et volumus et tenemur reficere solvere et resarcire unicum prefata summa dicto Cūnr. seu eius certo nuncio sive procuratori ad hoc legitime constituto et speciale mandatum habenti omnia et singula dampna expensas et interesse, que et quas prefatus C. Theoderici seu eius procurator sive nuncius ob defectum seu retardacionem dicte solucionis aut eius occasione incurrisse vel fecisse dixerit dolo et fraude in premissis penitus circumscriptis. Renunciavimus quoque et renunciamus per presentes omni excepcioni doli fraudis deceptionis circumvencionis ac debite non adhibite solempnitatis ac omni iuris

f. 48(46)<sup>r</sup>

[268] <sup>1</sup> Hermann Bürser, 1426–1453 Domdekan, vgl. HS I / 1, S. 551. – <sup>2</sup> Bischof Johannes IV. Naso, 1418–1440, vgl. HS I / 1, S. 489. – <sup>3</sup> Konrad Theodorici, 1424 Kirchherr von Mals, Streit mit dem Domkapitel, 1429 Verzicht (Rep. Germ. IV, Sp. 530). – <sup>4</sup> Mainz. – <sup>5</sup> Mals, Vinschgau, ital. Prov. Bozen. – <sup>6</sup> Meran, ital. Prov. Bozen.

auxilio, quibus mediantibus contra premissa vel aliquod premissorum facere vel venire possemus quovis quesito ingenio vel colore, et ut premissa omnia et singula per nos et nostros successores firmiter et fideliter obseruentur, idcirco sigillum capituli nostri Curiensis presentibus duximus in testimonium et certitudinem omnium et singulorum prescriptorum appendendum. Datum Curie V dies mensis ianuarii anno 1429 etc.

Nota. Est tamen expresse condictum et adiectum, quod prefatus C. omnia et singula puncta coram publico notario et testibus in supradicto capitulo nostro promissa firma rata et grata habere debet et ea fideliter adimplere per iuramentum ab eo super eisdem punctis prestitum etc.

a) F.

### [269] Provisio tutoris

Iudex ecclesie Curiensis presencium inspectoribus universis volumus esse notum. Comparuit coram nobis iudicii in figura Johannes<sup>1</sup> etc. de etc. nomine uxoris sue Anne proponens, qualiter ipse variis ex causis non po(test) pro agendis et defendendis negociis uxoris sue Anne predicte presencialiter iudicio Curiensi sisti, petens humiliter nomine uxoris sue prefate eidem uxori provideri de tute, qui pro ipsa iudicio et extra defensioni se offerret. Nos igitur iudex supradictus considerantes petitionem predictam fore iustum et consonam rationi, discretum virum Johannem Baluwer<sup>1</sup> de etc. ei dedimus in tutorem adhibitis in premissis verborum et gestuum solemnitatibus solitis et consuetis. In cuius rei evidenciam sigillum etc. Datum etc. Finitum per me N. B. de Chur.<sup>2</sup>

*Die an den Churer Teil anschliessenden, in Padua geschriebenen Formulare werden nicht in ihrem Wortlaut wiedergegeben, sondern im folgenden nur deren Überschriften aufgeführt:*

f. 48(46) <sup>v</sup>	[270] Questum sive littere questuarie
	[271] Questum pro reparatione ecclesie
f. 49(47) <sup>r</sup>	[272] Questum
	[273] Questum
	[274] Forma libelli

[269] <sup>1</sup> Viell. identisch mit Hans Paln, aus dem Raum Vaz / Obervaz, bezeugt am 9. Aug. 1411 (StaatsA St. Gallen, Sargans, Eidg. Urk. 1) u. am 14. März 1417 (Necr. S. 26). –

<sup>2</sup> Nikolaus Breschli aus Chur, vgl. dazu die Einleitung.

[275] Examen et conventus in privato	f. 49(47) <sup>v</sup>
[276] Unio seu incorporatio	f. 60(48) <sup>r</sup>
[277] Presentatio et incorporatio	f. 61(48) <sup>v</sup>
[278] Licencia celebrandi	
[279] Publica doctoratus	f. 62(49) <sup>r</sup>
[280] Publica doctoratus	f. 63(50) <sup>r</sup>
[281] Baccalariatus in theologia	f. 63(50) <sup>v</sup>
[282] Instrumentum donationis ad pium usum vigore testamenti	f. 64(51) <sup>r</sup>
[283] Instrumentum emancipationis	f. 64(51) <sup>v</sup>
[284] Consecratio altaris	f. 65(52) <sup>r</sup>
[285] Publica doctoratus in sacra theologia	f. 65(52) <sup>v</sup>
[286] Littera testimonialis	f. 66(53) <sup>r</sup>
[287] Licentia privati examinisi	f. 66(53) <sup>v</sup>
[288] Publica doctoratus in privato in iure canonico prius licentiato	f. 67(54) <sup>r</sup>
[289] Publica doctoratus in utroque iure <sup>a)</sup>	
[290] Contractus mutui	f. 16 <sup>r</sup> (unten)
[291] Procuratorum ad plura negocia in curia	f. 35(34) <sup>v</sup> (unten)
[292] Decretum sanctissimi pape Eugenii III <sup>ti</sup> de solemnitatis festo corporis Christi indulgencia	f. 68(55) <sup>r</sup>
[293] Es folgt in wesentlich jüngerer Schrift (Ende 15./16. Jh.) die Ernennung Bischof Ortliebs von Chur zum Rat der Herzöge von Mailand vom 27. April 1480. Das Original ist im BAC erhalten. In F ist diese Urkunde auch als Formular gestaltet. Hier wird das Original wiedergegeben mit den Änderungen resp. Auslassungen in F als Anmerkungen.	f. 68(55) <sup>v</sup>

Bona<sup>a)</sup> & Joannes Galeaz Maria Sfortia vicecomites duces Mediolani<sup>1</sup> etc. Papiae Anglerieque comites ac Genue & Cremone domini<sup>-a)</sup>. Inter ea, quae<sup>b)</sup> statui nostro conducere<sup>c)</sup> cognoscimus, nihil<sup>d)</sup> eque libenter ac maiore facimus studio quam iis<sup>e)</sup> munera et magistratus nostros committere<sup>f)</sup>, qui fidissimi nobis sint, quique gravitate prudentia rectitudine longo rerum usu ac summa fide polleant, &<sup>g)</sup> quanto maiora sunt officia nostra, tanto maiore utimur studio, ut probatissimos undecumque viros habeamus, qui sciant &<sup>g)</sup> velint ea regere &<sup>g)</sup> gubernare, ita ut in omnem rerum eventum quodcunque acciderit maturo consilio modestia fide &<sup>g)</sup> sollertissima<sup>h)</sup> cura per-

[293] <sup>1</sup> Bona v. Savoyen, 1468 – † 1485 Herzogin v. Mailand, und ihr minderjähriger Sohn Gian Galeazzo II. Maria Sforza, 1476 – † 1494 Herzog v. Mailand.

fici possit, ordo igitur senatorius quam maximi sit momenti, quantumve importet rebus ac statui nostro, putamus re ipsa teste omnibus merito aper-tissimum<sup>i)</sup> esse, quippe quod in eo quecumque archana nostra tractantur &<sup>g)</sup> tanquam cardo is est, a quo omnis status nostri vis dependet. Huius ergo muneris amplitudo iis<sup>e)</sup> potissimum convenire arbitramur, qui dignissimi fidelissimique ac de nobis benemeriti sunt. Quare excogitantibus nobis, quantum rebus ac statui nostro reverendus<sup>k-)</sup> in Christo pater dominus Ortilieb dei gratia episcopus Curiensis<sup>2 -k)</sup>, qui præter pacem &<sup>g)</sup> intelligentiam, quam inpræsentiarum nobiscum init, maxima semper amicicia &<sup>g)</sup> benevolentia illustrissimis dominis predecessoribus<sup>l)</sup> nostris honorandissimis<sup>m)</sup> iunctus<sup>n)</sup> ac mirifice affectus fuit, profecto eum non modo dignum iudicamus, quem in carum amicissimum habeamus, verum etiam supremis titulis ac amplissimis dignitatibus decoremus. Tenore itaque presentium eundem reverendum dominum episcopum<sup>o)</sup> consiliarium nostrum consilii nostri secreti facimus creamus constituimus &<sup>g)</sup> ordinamus potestatem ei facientes, ut in eo loco cum ceteris collegis ab hodierna die in posterum<sup>p)</sup> hisque tractabuntur adesse audire cognoscere decernere suffragium ferre votum et sententiam suam dicere litteras nomine nostro mandare possit cum honoribus emolumenis salario preheminentiis<sup>q)</sup> magistratui<sup>r)</sup> ipsi pertinentibus &<sup>g)</sup> que eius college legitime habere consueverunt, mandantes consiliariis secretariis cancellariis ianitoribusque predicti consilii nostri secreti, ut prenominatum reverendum dominum episcopum<sup>o)</sup> consiliarium nostrum ad dictum senatorium ordinem honorifice admittant ac de dictis salario &<sup>g)</sup> emolumenis ac preheminentiis<sup>q)</sup> respondeant &<sup>g)</sup> faciant cum integritate responderi, volentes &<sup>g)</sup> mandantes, quod ipse dominus episcopus<sup>s)</sup> dictum salarium habeat &<sup>g)</sup> habere possit, quamvis non resideret penes nos seu dictum consiliaratus officium non exerceret. In cuius rei fidem presentes fieri iussimus &<sup>g)</sup> registrari nostrique sigilli impressione muniri. Dat. in arce nostra Porte Jouis Mediolani, die XXVII aprilis M.CCCCLXXX<sup>mo</sup>.

a-a) *Fehlt in F.* – b) omnia que *F.* – c) conducer *F.* – d) nichil *F.* – e) hiis *F.* – f) comittere *F.* – g) et *F.* – h) solertissima *F.* – i) appertissimum *F.* – k-k) *Anstelle dieses Passus in F nur N.* – l) ill. predecessoribus *F.* – m) honorandissis *fehlt in F.* – n) vinctus *F.* – o) *Anstelle von reverendum dominum episcopum in F nur N.* – p) imposterum *F.* – q) preminentibus *F.* – r) magistratui *F.* – s) *Anstelle von dominus episcopus in F nur N.*

f. 69(56)<sup>v</sup> [294] *Fehlerhaftes notarielles Vidimus-Formular ohne Namen (mit Ausnahme Kaiser Friedrich III.) vom Jahr 1480.*

---

[293]<sup>2</sup> *Ortlieb v. Brandis, 1458–1491, vgl. HS I / 1, S. 492.*